ΣΚΗΝΗ', ῆς, ἡ, *SCENA*: Angl. a Scene; *tabernaculum, tentorium, compotatio, actio scenica*. Hinc σκῆνος, εος, τὸ, idem. σκηνίτης & σκηνήτης, ου, ὁ, *in tentoriis habitans*. σκηνάω seu σκηνέω, *tentorium figo*.

Σκηνικὸς, οῦ, *SCENICUS*: à praeced.

Σκηνίπτω, idem quod σκορπίζω, qu. σκῆνος ἴπτειν, id est, *corpus laedere*: σκῆνος, *corpus* est, in quo σκηνεῖ anima.

Σκηνοπηγία, ας, ἡ, *tentoriorum fixio*: sic vocatur *festum apud Hebraeos à fingendis tentoriis dictum*, quòd ab ipsis agebatur in memoriam pristinae vitae quam in tabernaculis egerant. Zech. iv. Joh. vii. dicitur & σκηνοπήγια, τὰ. quod à σκηνὴ, *tentorium*, & πήγνυμι, *figo, compingo*.

Σκηνοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, *tabernaculorum confector*: à σκηνὴ, & ποιέω, *facio*.

Σκῆνος, εος, τὸ, *tabernaculum*. hinc ὁμόσκηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, & σύσκηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *contubernalis*. Th. σκηνή.

Σκηνόω, *habito, commoror*: f. ώσω, σεις, ει. p. ἐσκήνωκα. a. 1. ἐσκήνωσα, *habitavi*: ab eod.

Σκήνωμα, ατος, τὸ, *tabernaculum*: q. Metaph. pro *corpore humano*. 2 Pet. 1. 13, 14. à 1. pers. perf. pass. σκηνόω, quod vide.

Σκηπάνιον, ου, τὸ, & Ion. σκηπάνιον, & Dor. σκαπάνιον, *sceptrum*; à σκήπτω, *innitor*.

Σκήπτεσθαι, *praetexere speciosam aliquam causam, simulare*. Th. σκήπτω.

Σκηπτὸς, οῦ, ὁ, *fulmen*: in pl. σκηπτοὶ, *procellae*. Th. σκήπτω, *cum impetu cado*.

Σκηπτοῦχος, ου, ὁ καὶ ἡ, *sceptrifer*: à σκῆπτρον, & ἔχω, *teneo, habeo*.

Σκῆπτρον, ου, τὸ, *SCEPTRUM*: Angl. a Scepter: *scipio, baculus*: super quo quis σκήπτεται. à

ΣΚΗ'ΠΤΩ, *innitor, incumbo, cado, ruo*.

Σκίπων, *scipio*. Th. σκήπτω.

Σκηρίπτω, *fulcio*: ab eod. Th.

Σκῆψις, εως, ἡ, *speciosa causa, praetextus, simulatio*. Th. σκήπτω, *innitor*.

ΣΚΙΑ', ᾶς, ἡ, *umbra*; it. *socius, conviva*: dict. q. κία, à κίω, quia nos *comitatur*.

Σκιαγραφέω, *adumbro*: &

Σκιαγραφία, ας, ἡ, *adumbrata descriptio*: ex σκιὰ, & γράφω, *scribo*.

● Σκιάδιον, ου, τὸ, *umbella, umbraculum*.

● Σκιάζω, *obumbro, umbrâ tego*, f. άσω, p. ἐσκίακα.

Σκιαμαχέω, -ῶ, *pugno cum umbrâ*, per conseq. *inaniter laboro*. &

Σκιαμαχία, ας, ἡ, *dimicatio cum umbrâ*, sive *non repugnante adversario*: ex σκιὰ, & μάχομαι, *pugno*.

Σκιαρᾶν παγᾶν, Dor. pro σκιερῶν πηγῶν, *umbrosarum fontium*. vide seq.

Σκιαρὸς, & σκιερὸς, οῦ, ὁ, *umbrosus, opacus*. Th. σκιά.

Σκιὰς, ἄδος, ἡ, *umbraculum fornicatum, tabernaculum, tentorium.* &

Σκιάω, f. άσω, *obumbro, umbrâ opacâ obtego*: Th. σκιὰ, *umbra.*

ΣΚΙΓΓΟΣ, vel σκίγκος, ου, ὁ, *crocodilus terrestris, SCINCUS.*

Σκιδναμένη, *dispersa*: præs. part. pass. f. g. à

Σκίδνημι, & σκιδνῶ, *dispergo, dissipo*: in pass. σκίδναμαι, & in 3. pl. imperf. pass. ἐσκίδναντο. Th. σκεδάω, *dissipo.*

Σκιερὸς, vide in σκιαρός.

Σκιῇ, dat. Ion. à σκιὰ, ᾶς, ἡ, *umbra.*

Σκιητροφεῖν, Ion. pro σκιατροφεῖν, *in umbrâ vitam degere*; ex σκιά, & τρέφω, *alo.*

ΣΚΙ'ΛΛΑ, ης, ἡ, *SQUILLA*, herba bulbum insignem *habens*: Angl. Squill.

ΣΚΙΜΑΛΙ'ΖΩ, *pertento an gallina ovum conceperit*: qu. σκιὰν μαλμᾶν, *locum tenebrosum explorare.*

Σκιμβὸς, οῦ, *claudus*: qui σκίμπτει, in fulcro: vel à σκαμβός.

Σκίμπτω, & σκήμπτω, *nitor, incumbo.* Hinc σκίμφθη, *fixa est*, 3. sing. a. 1. ind. pass. Ion. Th. σκήπτω, *innitor.*

Σκίμφθη, Ion. pro ἐσκίμφθη, vide præced.

Σκίναξ, ακος, ὁ, *agilis ad subsiliendum*: q. à κινεῖν, vel à σκιρτάω, *salio*: ponitur sub. Th. σκαίρω.

Σκίναρ, αρος, τὸ, *fœtus*: q. à σκιρτάω. Vide præced.

Σκινδάλαμος, *scrupulum*, & -us: vide χινδαλμός.

ΣΚΙΝΔΑΨΟ'Σ, οῦ, ὁ, *planta quædam hederæ similis*; item *musicum instrumentum.*

ΣΚΙΝΘΟ'Σ, οῦ, ὁ, *naufragus, urinator.*

Σκιόεις, εντος, ὁ, *umbrosus*: in acc. σκιόεντα, Th. σκιὰ, *umbra.*

Σκίουρος, *SCIURUS.* animalculum caudæ sibi umbram faciens: Angl. Squirrel: à σκιὰ, & οὐρὰ, *cauda.*

* Σκιογράφος, ου, ὁ & ἡ, *umbræ pictor.*

Σκιόωντο, Ion. & Poët. pro ἐσκιῶντο, 3. pl. imperf. pass. verbi σκιάω, *obumbro*: f. άσω. Th. σκιά.

Σκιπωναῖος, ου, *tardus, lentus, qui baculo innitens incedit.* Th. σκήπτω, *innitor.*

Σκίρον, ου, τὸ, *umbraculum*: à σκιά. Sed σκίρα, τὰ, *festum* quoddam *Athenis*; undè σκιροφοριών.

ΣΚΙ'ΡΟΣ, ου, ὁ, *marmoris fragmentum, cæmentum, gypsus*: puto à σκίω, pro ξέω, *scalpo*: & hinc

Σκίῤῥος, ου, ὁ, *SCIRRHUS, tumor quidam durus*: ut in hepate, liene, quia similis σκίρῳ. vide præced.

Σκιρτασῶντε, *saltatis*: an legendum σκιρτάσατε, 2. pl. a. 1. imperat. Dor. pro σκιρτήσατε; à

Σκιρτάω, *salio, exulto*: f. ήσω. p. ἐσκίρτηκα, a. 1. imperat. σκίρτησον, άτω, & in. 2. pl. σκιρτήσατε. Th. σκαίρω, *salio.*

* Σκιρτῆσαι, a. 1. infin. act. verbi præced.

* Σκιρτοποιέω, -ῶ, *exultare facio*: à

* Σκιρτόω, -ῶ, idem.

Σκιρτῶσι, 3. pl. præs. ind. act. verbi σκιρτάω.

ΣΚΙΤΑΛΟΙ, ων, οἱ, *homines viles & improbi*: à Scitone quodam ob improbitatem celebrato.

Σκιώδης, εος, ὁ & ἡ, *umbrosus, opacus, obscurus.* Th. σκιὰ, *umbra.*

Σκλέω, & σκλῆμι, *durus sum ex nimiâ ariditate*: per Syncop. pro σκελέω. Th. σκέλλω, *exsicco.*

Σκλῆναι, *aruisse*: a. 2. infin. verbi σκλῆμι (qu. ex σκλέω, quod vide) p. ἔσκληκα. a. 2. ἔσκλην. Th. σκέλλω, *arefacio.*

Σκληραγωγέω, -ῶ, *durè tracto, minimè indulgenter educo*: ex σκληρὸς, quod vide, & ἄγω, *duco.*

* Σκληρία, ας, ἡ, *durities, rigor.*

Σκληροκαρδία, ας, ἡ, *duritia cordis*; quasi dicas σκληρὰ καρδία, *durum cor.* Mat. xix. 8.

* Σκληροκάρδιος, ου, ὁ, *qui durus est corde.*

* Σκληροπρόσωπος, ου, ὁ, *qui durâ est facie, impudens*: ex πρόσωπον, *facies*, &

Σκληρὸς, ὰ, ὸν, *durus, a, um.* Th. σκέλλω, *exsicco.*

Σκληρότης, ητος, ἡ, *durities*: à præced.

Σκληροτράχηλος, ου, *duræ cervicis homo, pertinax*: est Metaph. ab equo indomito: ex σκληρὸς, *durus*, quod vide, & τράχηλος, ου, ὁ, *collum.*

Σκληρύνω, *induro*: f. υνῶ. a. 1. ἐσκλήρυνα. a. 1. sub. act. σκληρύνω, ῃς, ῃ. imperf. pass. ἐσκληρυνόμην, ου, ετο a. 1. ind. pass. ἐσκληρύνθην, ης, η. a. 1. sub. pass. σκληρυνθῶ, ῇς, ῇ. à σκληρός. Th. σκέλλω, *arefacio.*

Σκληρῶ, Dor. pro σκληροῦ, gen. à σκληρὸς, quod vide.

* Σκληρῶς, adv. *duritèr*: à

Σκνιπὸς, ὴ, ὸν, *parcus, a, um.* q. à σκνίψ, *culex*, quod sit μικρόβιος, *parvi cibi.*

Σκνιφὸς, ὴ, ὸν, *hebes visu.* Att. est σκότος, nempè κνίφας.

Σκνίψ, idem quod κνίψ.

Σκοιὸς, οῦ, *validus.*

* Σκολιάζω, *ago perversè, & tortuosè*: à σκολιός.

Σκολιῇσι, dat. pl. Ion. f. g. pro σκολιαῖς, q. à

ΣΚΟΛΙΟ'Σ, ὰ, ὸν, *tortuosus, a, um. obliquus*, & per Metaph. *pravus, asper, difficilis.*

* Σκολιότης, ητος, ἡ, *tortuositas.*

Σκολιόω, *tortuosum reddo.* à σκολιός.

* Σκολιῶς, adv. *tortuosè, obliquè.*

Σκόλλυς, ὁ, *villus*: quia σκολιὸς, *intortus.*

ΣΚΟΛΟ'ΠΑΞ, ακος, ὁ, *gallinago* avis; vel *piscis quidam*, à rostro extenso, instar σκόλοπος.

Σκόλοπας, *pales*, acc. pl. à σκόλοψ, οπος, ὁ.

ΣΚΟΛΟΠΕ'ΝΔΡΑ, ας, ἡ, *SCOLOPENDRA*, animal ex genere multipedum.

Σκόλυς, *spinæ species*: quia σκιὰν δηλεῖ, id est *ostendit.*

ΣΚΟ'ΛΟΨ, οπος, ὁ, *palus præacutus, vallus, surculus*: velutì σκόλου ὄψ, *spinea facies.*

Σκόλυθρος, ου, *humilis, parcus*: an à σκελλὸς, *aridus*? quia *parcè se aridos* gerunt.

ΣΚΟ'ΛΥΜΟΣ, ου, ὁ, *SCOLYMUS, cardui species*: qu. à σκόλος, aut à

ΣΚΟΛΥ'ΠΤΩ, *lacero, evello.*

Σκόλυφος, *tetricus*: qu. σκολιὸν φρονῶν.

ΣΚΟΜΒΡΟ'Σ, ου, ὁ, *SCOMBRUS.* piscis marinus.

Σκοπαῖος, vel potiùs σκωπαῖος, ου, ὁ, *nanus.*

Σκοπεῖ

Σκοπεῖ, 3. sing. præs. ind. &

Σκόπει, præs. imperat. &

Σκοπεῖν, præs. infin. verbi σκοπέω, qu. vide.

* Σκοπεῖν, licet: à σκόπελος.

* Σκόπελον, ου, τὸ, scopulus, statua, signum: 2 Reg. xxiii.

Σκόπελος, ου, ὁ, SCOPULUS, locus altus: undè σκοπεῖν licet. Th. σκέπτομαι, circumspicio.

Σκοπέω, -ῶ, & Ion. σκοπιέω, speculor, considero: præs. imperat. σκόπει, -ει, & in pl. σκοπεῖτε, -εῖτε. præs. part. σκοπέων, -ῶν. f. ήσω. præt. ἐσκόπηκα. Th. σκέπτομαι, circumspicio: f. σκέψομαι. p. ἔσκεμμαι, ψαι, πται. præt. m. ἔσκοπα.

Σκοπῇ, 3. sing. præs. sub. act. verbi præced.

Σκοπὴ, ῆς, ἡ, specula. &

Σκοπιὰ, ᾶς, ἡ, idem. ab eodem verbo.

Σκοπιάζομεν, Ion. seu Dor. pro σκοπιάζειν, præs. infin. act. à

Σκοπιάζω, speculor: à σκοπιὰ, quod vide.

Σκοπιῇ, ῆς, dat. & gen. Ion. à σκοπιὰ,

Σκοπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, speculator, inspector, custos, princeps: qui σκοπεῖ, seu σκέπτεται. Est &

Σκοπὸς, οῦ, ὁ, SCOPUS, finis: id quod acturus σκοπεῖ, Angl. Scope, Th. σκέπτομαι, quod vide.

Σκοποῦντα, acc. sing. m. g. &

Σκοποῦντες, nom. pl. præs. part. verbi σκοπέω, quod vide.

Σκορακίζω, ad corvos abire jubeo: à κόραξ. tum maledictis persequor, contumeliosè repello. Undè

* Σκορακισμὸς, contumelia.

Σκορδινάομαι, pandiculor; est extendere membra cum oscitatione, ut faciunt qui à somno surgunt. An à κόρος, & δινεῖσθαι; accedit enim ille motus & satietate & fastidio. Th. σκόροδον, allium.

Σκόρδιον, SCORDIUM: herba quæ allii odorem resipit, in malignis morbis efficax. quod ex

Σκοροδίζω, alliis pasco: à

ΣΚΟ'ΡΟΔΟΝ, ου, τὸ, allium: q. σκῶρ ὄζειν, quod fœdè oleat. Hinc

* Σκοροδὼν, ῶνος, ὁ, plantarum allii.

* Σκορπίδιον, ου, τὸ, machina bellica, parvus scorpio.

ΣΚΟΡΠΙ'ΖΩ, dissipo, spargo: f. ίσω. p. ἐσκόρπικα. a. 1. pass. ἐσκορπίσθην. a. 1. sub. pass. σκορπισθῶ, ῇς, ῇ, qu. à σκαίρω.

ΣΚΟΡΠΙ'ΟΣ, ου, ὁ, SCORPIUS, serpens. Angl. Scorpion. παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰὸν, à spargendo veneno.

Σκορπισθῆτε, 2. pl. aor. 1. sub. pass. verbi σκορπίζω.

* Σκοτάζω, obscuro: f. άσω, p. ἐσκότακα. &

Σκοτεινὸς, ὴ, ὸν, tenebrosus, a, um: nom. pl. neut. gen. σκοτεινά. Th. σκότος, εος, τὸ, caligo.

* Σκοτία, ας, ἡ, tenebræ: ab eod. Th.

Σκοτίζω, tenebras alicui offundo, obscuro, fut. ίσω. perf. ἐσκότικα. perf. pass. ἐσκότισμαι. perf. part. ἐσκοτισμένος, η, ον, obtenebratus. aor. 1. pass. ἐσκοτίσθην, ης, η, a. 1. imperat. pass. σκοτίσθητι, ήτω, & in 3. pers. pl. σκοτισθήτωσαν. a. 1. sub. pass. σκοτισθῶ, ῇς, ῇ. fut. 1. pass. σκοτισθήσομαι, obscurabor. Th. σκότος, tenebræ.

Σκότιος, ου, tenebrosus, tenebricosus; item obscuris natalibus ortus, spurius. ab eod. Th.

Σκοτοδινιᾶσαι, a. 1. infin. act. à

Σκοτοδινιάω, tenebricosâ vertigine laboro: ex σκότος, & δίνη, vertex.

Σκοτόεις, εντος, ὁ, tenebrosus, tenebricosus. Th. σκότος, tenebræ.

Σκοτομήνη, ης, ἡ, tenebrosa vel illunis nox. &

* Σκοτομηνία, ας, ἡ, lunæ obtenebratio. &

Σκοτομήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, illunis. Epith. noctis: ex σκότος, & μήνη, luna.

ΣΚΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, vel εος, τὸ, tenebræ, caligo: q. à σκιὰ, umbra.

Σκοτόω, obscuro, tenebras induco: fut. ώσω. p. ἐσκότωκα. præs. pass. σκοτόομαι, οῦμαι, tenebrosus fio: p. pass. ἐσκότωμαι. p. part. ἐσκοτωμένος, η, ον, à præced.

* Σκότωμα, ατος, τὸ, vertigo: à σκότος.

Σκουτάριον, cetra, Gl. Cyr. Ex Lat. qu. parvum scutum.

* Σκυβαλίζω, rejicio, vilipendo, f. ίσω, p. ἐσκυβάλικα. præs. pass. σκυβαλίζομαι, contemnor. a. 1. m. ἐσκυβαλισάμην. &

Σκυβάλισμα, ατος, τὸ, rejectamentum. Th. σκύβαλον.

ΣΚΥ'ΒΑΛΟΝ, ου, τὸ, stercus, fimus, quisquiliæ. q. τοῖς κυσὶ βαλλόμενον.

ΣΚΥΔΜΑΙ'ΝΩ, irascor, tristi vultu sum: q. à σκύζω, ad iram concito.

Σκυζάω, catulio: de canibus appetentibus catellos. Th. κύων, canis.

Σκυζομένῳ, irato: dat. sing. præs. part. pass. verbi seq.

Σκύζω, placidè admurmuro, ut canis; it. irrito: præs. pass. σκύζομαι, placidè admurmuro; item ad iram provocor, irascor. à præced. Th.

Σκύθα, voc. sing. &

Σκύθαι, nom. pl. à

ΣΚΥ'ΘΗΣ, ου, ὁ, SCYTHA, qui est è Scythiâ. Accipitur & pro fero. Hinc

Σκυθικὸς, Scythicus.

Σκυθιστὶ, adv. Scythicè. à σκυθρὸς, q. v.

* Σκυθοπολῖται, ῶν, οἱ, cives urbis Scythopolis.

Σκυθρὸς, οῦ, vultum præferens iratum & tetricum. Th. σκυδμαίνω, irascor.

Σκυθρωπάζω, fut. άσω, contristor, mœstus sum. &

Σκυθρωπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, qui est vultu tetrico, mœsto, torvo: ex σκυθρὸς, & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, vultus. Th. ὄπτομαι, video.

Σκύλακας, acc. pl. &

Σκυλάκεσσιν, dat. pl. Ion. à σκύλαξ, qu. v.

Σκυλάκιον, ου, τὸ, catellus. dimin. e

Σκύλαξ, ακος ὁ καὶ ἡ, catulus, propriè canis. Th. ὑλάω, latro.

Σκυλάω, -ῶ, spolio: legitur pro συλάω, q. v.

* Σκυλεία, ας, ἡ, prædatio.

Σκυλεύσαντες, nom. pl. a. 1. part. act. à σκυλεύω.

* Σκύλευσις, εως, ἡ, prædatio. à

* Σκυλευτὴς, οῦ, ὁ, spoliator, prædo: à

Σκυλεύω, idem cum συλεύω, vel συλάω, -ῶ, spolio: f. εύσω. Th. σκῦλα, ων, τὰ, spolium.

Σκυλῆναι, a. 2. infin. pass. &

Σκύλλου, *vexator*: praes. imperat. pass. à

ΣΚΥ'ΛΛΩ, *vexo, molestiam exhibeo*: fut. υλῶ. praes. pass. σκύλλομαι, *vexor*.

Σκυλμαινεῖν, a. sing. f. 1. act. verbi σκυλμαίνω, *irascor*: f. ανῶ, idem quod σκυδμαίνω.

Σκῦλον, ου, τὸ, *praeda*, *SPOLIUM*: Angl. **Spoil.** est idem quod σύλον, ου, τὸ. Th. συλάω, idem.

Σκύμνος, ου, ὁ, *catulus leonis*; item *catulus* in genere. Th. κύων, *canis*.

Σκύμνως, accus. pl. Dor. pro σκύμνους, à praeced.

ΣΚΥ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, *summa palpebra, cilium*: q. à σκηνοῦ, quòd oculos *tegat*.

Σκῦρον, *SCYRUM*, nomen urbis.

Σκυρωτὰ ὁδὸς, quaenam fuerit vide apud Pindar. Pythior. Odyss. ver. 277. 9. in Graecis Scholiis.

Σκυτάλη, ης, ἡ, & Dor. α, & Poët. σκύταλον, τὸ, *scutica, fustis, clava*. σκυτάλαι, vocantur etiam *vectes*, seu *phalangae*. Th. σκῦτος, *corium*.

* Σκυταλὶς, ἴδος, ἡ, idem.

Σκυτεὺς, έος, ὁ, *cerdo, qui artem sutoriam exercet*, accus. plur. σκυτέας, quod à Th. praeced.

Σκυτεύω, f. εύσω, *artem coriariam* seu *sutoriam exerceo, cerdo sum*. ab eod. Th.

* Σκύτινος, ίνη, ον, *coriaceus*: ex

ΣΚΥ'ΤΟΣ, εος, τὸ, *corium, pellis, CUTIS, SCUTICA*: qu. à ξύω, quod olim scribebant σκύω, *seco*. Corium enim κείρεται ab animali.

Σκυτοτόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui coria in suum usum scindit ad lora, calceos*, &c. *sutor*: à σκῦτος, quod vide, & τέμνω, *scindo, seco*: praet. med. τέτομα.

ΣΚΥ'ΦΟΣ, ου, ὁ, & εος, τὸ, *SCYPHUS*, quia κυφὸν, aut à σκάπτω, quia excavatum.

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui phthiriasi periit, à vermibus arrosus*: ex σκώληξ & βρωτὸς, qu. à βρώσκω, *comedo*.

ΣΚΩ'ΛΗΞ, ηκος, ὁ, *vermis*: quia non habet κῶλον.

Σκῶλον, ου, τὸ, *offendiculum*. An à σκάζω, quia claudicare facit? Vide seq.

ΣΚΩ'ΛΟΣ, ου, ὁ, *spinae genus, palus praeacutus & praeustus*.

Σκελύπτω, pro σκολύπτω, Poët. *lacero*.

Σκῶμμα, ατος, τὸ, *cavillum, sales, dicterium*. Th. σκώπτω, quod vide.

Σκῶπες, ων, οἱ, *ululae, bubones*: à σκὼψ, ωπὸς, ὁ. Th. ὄψ, *vox*.

* Σκώπτης, ου, ὁ, *cavillator*: à

ΣΚΩ'ΠΤΩ, *cavillor, contumelioso gestu subsanno*: q. σκαιῶς ἔπω, vel [illegible]. Angl. **to scoff**: fut. σκώψω. perf. ἔσκωφα. perf. pass. ἔσκωμμαι.

ΣΚΩ'Ρ, gen. σκατὸς, τὸ, *stercus, oletum*.

Σκωρία, ας, ἡ, *SCORIA, faex*, seu *sordes metalli, stercus*: à praeced.

Σμᾶνος, εος, τὸ, Dor. pro σμῆνος, qu. vide.

* Σμαράγδινος, η, ον, *smaragdinus, a, um*. &

* Σμαραγδίτης, ου, ὁ, *lapis smaragdinus*: à

Σμάραγδος, ου, ὁ, *SMARAGDUS*, gemma, idem quod μάραγδος.

ΣΜΑΡΑΓΕ'Ω, *resono, strepo*. f. ήσω, q. μάρης ἄγειν, *manus movere*.

Σμαραγίζω, f. ίσω, *resono*: à praeced.

Σμαράγνα, quae & μαράγνα, *flagellum*.

Σμαράσσω, q. & μαράσσω, *splendeo*; à μαίρω, *luceo*.

ΣΜΑΡΙ'Σ, ιδος, ἡ, *piscis quidam pusillus, maena candida*. qu. à μαίρω, *splendeo*.

ΣΜΑ'Ω, & σμίω, *abstergo, detergo, purgo*. Hinc fort. Angl. **to smooth**.

Σμερδαλέα, & έον, adv. *terribilitèr*, propriè *visu*. à

Σμερδαλέος, ου, *terribilis visu*: idem cum σμερδνὸς, quod à σμέρδω, *intueor*. Th. μέρδω, *privo*; item *intueor*.

Σμερδνὸς, ή, όν, *terribilis*. Vide in praeced.

Σμῆγμα, ατος, τὸ, *SMEGMA*, quo in abstergendo aliquid utimur. à σμήχω, idem quod Th. σμάω, *abstergo*.

Σμήνεσι, & σμήνεσσι, dat. plur. Ion. & Poët. à

ΣΜΗ'ΝΟΣ, εος, τὸ, *examen apum, alveare, sermonis suavitas*.

* Σμῆξις, εως, ἡ, *abstersio*: à

Σμήχω, idem quod σμάω, *abstergo*.

Σμικρὸς, ά, όν, *parvus, a, um*: Ion. idem quod μικρός.

* Σμικρύνω, (pro μικρύνω) *imminuo*, f. υνῶ, p. ἐσμίκρυγκα: à praeced.

ΣΜΙ'ΛΑΞ, ακος, ἡ, *taxus, arbor feralis & venenata*.

Σμιλεύω, *scalpello reseco*.

ΣΜΙ'ΛΗ, ης, ἡ, *scalprum*.

Σμίλιον, ου, τὸ, *scalpellum*.

Σμῖλος, ου, ἡ, *taxus, arbor feralis & venenata*.

Σμίνθα, *mus domesticus*, quia vasa escaria σμᾷ.

Σμινθεῦ, voc. sing. à

Σμινθεὺς, *Apollo*. Sic dictus *quia cum Smintham urbem mures infestarent, animalia infesta confecit, cujus memores beneficii, templum & simulacrum Apollini Sminthoeo posuerunt, & figuram muris ad statuae pedes expressam*. Vide σμίνθα.

Σμυγεὶς, *exustus*: a. 2. part. pass. verbi σμύχω, *absumo*: fut. ξω. perf. ἔσμυχα. a. 2. pass. ἐσμύγην.

Σμυγερὸς, οῦ, *aerumnosus*: qui σμύχεται, *atteritur* malis. Th. σμύχω.

Σμῦξαι, *incendere*: a. 1. inf. act. ejusd. verbi.

ΣΜΥ'ΡΙΣ, & σμίρις, *SMYRUS*: lapis quo annularii gemmas exterunt.

Σμύρνα, ης, ἡ, *myrrha*. Est & nomen urbis, sic dicta à *Smyrnâ* Amazone.

Σμυρνίζω, *myrrhâ imbuo*: f. ίσω, p. ἐσμύρνικα. perf. pass. ἐσμύρνισμαι. perf. part. pass. ἐσμυρνισμένος, *myrrhâ imbutus*: à praeced.

ΣΜΥ'ΧΩ, *attero, consumo, inflammo*: f. ξω. à σμάω. hinc fort. Angl. **to smoke**.

ΣΜΩ'ΔΙΞ, ιγγος, & σμώδιγξ, γγος, ἡ, *vibex, livor ex percussione*: quod à σμάω, aut à sequent.

ΣΜΩ'ΧΩ, *mando, -ere, & convitior*: Ion. & *percutio*: à σμάω.

Σοβαρὸν, Poët. pro σοβαρῶς.

* Σοβαρὸς, οῦ, *concitatus, mobilis, petulans*: à σοβέω.

Σοβαρῶς, adv. *insolentèr, superbè*: à σοβαρὸς.

* Σοβὰς, άδος, ἡ, *insolens*, ut meretrix: à

ΣΟΒΕ'Ω, *abigo, expello*, f. ήσω. p. σεσόβηκα. Hinc

Σόβη,

Σόβη, ης, ἡ, muscarium.
ΣΟΥΧΟΣ, ου, ὁ, cucurbita, lactuca leporina.
Σόδομα, ων, τὰ, nomen urbis. Hebr. q. interpret. Lat. secretum.
Σόειν, σοῦς, σόει, σοῖ, 2. & 3. sing. præs. act. ind. verbi σόω. Poët. pro σώζω, servo. Th. σόος, salvus.
Σόη, σοῖ, 3. sing. præs. sub. verbi ejusd.
Σοί, tibi : dat. sing. à σύ, tu.
Σοῖο, gen. Ion. pro σοῦ, vel à σὺ, tu, vel σὸς, tuus.
Σοῖσι, dat. pl. Ion. pro σοῖς, tuis : à σὸς, tuus. Th. σύ, tu.
Σολοικίζω, f. ίσω, refero Solœcos in loquendo, non loquor ut probatus loquendi mos fert. à σολοικοι, quod vide.
Σολοικισμὸς, οῦ, ὁ, SOLOECISMUS ; Ang. a Solecism : qu cquid non rectè sed perperam fit : à præced.
Σόλοικοι, οἱ, qui Solis (in Ciliciâ urbe) habitarunt ; peculiaritèr sic appellati sunt ii, qui cum Solis habitarent, Attici tamen essent, aliquantum ab elegantiâ & venustate sermonis Attici decesserant, & linguâ ex Atticâ & Solicâ mixtâ loquebantur : generalitèr barbari omnes, i. e. barbarè & vitiosè loquentes. Th. οἶκος, domus.
Σολομῶν, ῶντος, ὁ, nom. regis. Hebr. q. interpret. Lat. pacificus.
Σόλος, ου, ὁ, discus.
ΣΟΜΦΟΣ, ου, inanis, fungosus, spongiosus.
Σόοις, serves : 2. sing. præs. opt. act. verbi σόω, Poët. pro σώζω. quod à
ΣΟΟΣ, ου, salvus, incolumis, perfectus. Sed
Σόος, σοῦς, est motus corporum, quæ sursùm feruntur, Aristot. l. 4. de Cœlo, cap. ult. à σόομαι, σοῦμαι, ὁρμῶ. Th. σείω.
Σορδισμὸς, οῦ, ὁ, solœcismus in Græco sermone. An à Lat. sordes ?
ΣΟΡΟΣ, οῦ, ἡ, loculus, sepulchrum, capulum, sandapila.
Σὸς, σὴ, σὸν, tuus, a, um. à σὺ, tu.
Σοῦ, gen. sing. à σὺ, tu. Est &
Σοῦ, contract. ex σόου, præs. imperat. pass. à σόομαι, vel σόω, servo, vado, irruo. Est & vox abigentis aves, curre. à σόω, in fugam conjicio. Th. σείω, agito.
Σουβλίον, subula. Gl. Cyr.
Σοῦβος, animal terrestre marinis infestum, Oppian. lib. 2. Cyneg.
Σουδάριον, ου, τὸ, sudarium : nomen origine Lat. à sudor, qu. à Gr. ὕδωρ.
Σουσάννα, ης, ἡ, Susanna : nomen fœm. Heb. interpret. Lat. lilium.
Σοῦσθε, & σοῦσθε, vadat, ruite, ite : 3. sing. & 2. pl. præs. imperat. pass. verbi σόω, vado, irruo. Th. σείω, quatio.
ΣΟΥΣΟΝ, ου, τὸ, lilium : linguâ Phœnicum.
Σουτοῦ, pro σεαυτοῦ, sui ipsius : ex σὺ, & αὐτὸς, ipse.
Σοφία, ας, & Ion. ης, ἡ, sapientia. Th. σοφὸς, sapiens.
Σοφιζομένῳ, dat. sing. part. præs. pass. à
Σοφίζω, sapientem reddo, doceo sapientiam : fut. ίσω. præt. σεσόφικα. a. 1. ἐσόφισα, præs pass. σοφίζομαι, ε, εται, doceor sapientiam, percipio sapientiam ; doceor, i. e. intelligo ; item argutè aliquid comminiscor ; in malam partem vafrè comminiscor : perf. pass. σεσόφισμαι, perf. part. pass. σεσοφισμένος, ου. Th. σοφὸς, sapiens.
Σοφίσαι, a. 1. inf. act. verbi præced.
Σόφισμα, ατος, τὸ, commentum. à σοφίζω, hinc Angl. Sophism.
Σοφιστὴς, οῦ, ὁ, SOPHISTA, artifex callidus : Angl. Sophister. gen. pl. σοφιστῶν, acc. pl. σοφιστάς. ab eod. verbo.
Σοφοκλεῖ, dat. sing. à
Σοφοκλῆς, έος, ὁ, SOPHOCLES : nomen proprium.
ΣΟΦΟΣ, οῦ, ὁ & ἡ, sapiens : cui est σόα φρὴν, scil. mentis. Est & σοφοὺς, Dor. pro σοφοὺς, acc. pl. Hinc
* Σοφόω, -ῶ, sapientem reddo ; it. illumino : f. ώσω, p. σεσόφωκα. &
Σοφῶς, sapientèr : adv.
Σοφωτέρῳ, sapientiori : dat. sing. à σοφώτερος, ου, compar. à σοφὸς, οῦ, sapiens : in superlat. σοφώτατος.
Σόω, Poët. pro σώζω, σαόω, vel σαόω, servo, f. σώσω, in 3. pl. sub. σόωσι, à σοὸς, salvus. Sed
Σόω, in fugam conjicio, abeo : quod à σείω, agito.
Σπαδίζω, detraho : f. ίσω, Dor. ίξω. Th. σπάω, traho.
Σπάδων, ωνος, & όντος, ὁ, SPADO, cui nervus, quo genitale membrum erigitur, avulsus est. Th. σπάω, traho, evello.
Σπαθαλάω, quod à σπαθάω, prodigo : quod vide.
Σπαθάριοις, Gen. cap. xxxvii. 14. Σιτέςριον Scholiastes exponit. Puto qu. textum σπάθης.
Σπαθάω, licium inculco τῇ σπάθῃ, vel simp. texo. expon. & prodigè licia telæ addo. Hinc per Metaph. profusè consumo, prodigo, luxurior : à
ΣΠΑΘΗ, ης, ἡ, rudis seu rudicula, SPATHA, gladius, instrumentum textorium, palma.
Σπαθῶσι, dissipant : 3. pl. præs. ind. act. verbi σπαθάω, quod vide.
ΣΠΑΙΡΩ, palpito, vibro, tremo. Idem & ἀσπαίρω. Est & σπαίρω, ἐκπνέω, SPIRO, nempe exspiro animam, ut faciunt palpitantia animalia, cum morte luctantia.
Σπάλαξ, ακος, ὁ, TALPA. quæ & ἀσπάλαξ. Th. σπάω, traho.
Σπαλεὶς, Æol. pro σταλεὶς, a. 2. part. pass. à στέλλω, mitto ; f. 2. σταλῶ.
Σπαλύσσομαι, laceror, turbor : q. à σπαράσσω, turbo.
Σπανία, ας, ἡ, idem quod σπανότης, ητος, ἡ, raritas, penuria : à σπανὸς, rarus, &
Σπανία, ας, ἡ, Hispania.
Σπανίζω. Vide in σπανισθῆναι.
* Σπάνιος, α, ον, rarus : à
Σπάνις, εως, ἡ, raritas, penuria. Th. σπανὸς, rarus.
Σπανισθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi σπανίζω, penuriâ laboro : f. ίσω, p. ἐσπάνικα, p. pass. ἐσπάνισμαι, a. 1. pass. ἐσπανίσθην. à
ΣΠΑΝΟΣ, οῦ, rarus, infrequens : à πίνω, laboro.

Σπαὶξ

Σπὶξ, σπακὸς, ὁ ϰ̀ ἡ, *canis.*
Σπάραγμα, ατος, τὸ, *frustum rei dilaceratæ.* &
* Σπαραγμὸς, ῦ, ὁ, *laceratio* : à
ΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, vel ττω, *lacero, lanio, vellico* : (q. à σπάω, *traho*, & ἀράσσω, *seco*) f. ξω, p. χα. a. 1. ἐσπάραξα, a. 1. part. σπαράξας, ασα, αν. perf. pass. ἐσπάραγμαι.
Σπαργανίσασα, *fasciis involuta*, a. 1. part. act. f. g. verbi σπαργανίζω, *fasciis involvo.* f. ίσω, p. ἐσπαργάνικα. à
ΣΠΑΡΓΑΝΟΝ, ε, τὸ, *fascia, quâ infans involvitur, pannus oblongus* : (qu. à σπαράσσω, quia *divisi* panniculi & vincula.)
Σπαργανόω, *fasciis involvo*, f. ώσω, præt. ἐσπαργάνωκα, a. 1. ἐσπαργάνωσα, perf. pass. ἐσπαργάνωμαι, perf. part. pass. ἐσπαργανωμένος, *fasciis involutus.* Th. σπάργανον.
ΣΠΑΡΓΑ'Ω, *tumeo, distentus sum* : ut quum ubera lactis plena sunt. Hinc
Σπάργη, *appetitus ille exinaniendi, quod plenum est.*
Σπαρέδρα, ας, ἡ, *Sparedra*, Amogi Sacorum regis uxor.
Σπαρεὶς, *satus*, a. 2. part. pass. verbi σπείρω, *semino, sero.* f. 2. σπαρῶ, præt. ἔσπαρκα. a. 2. pass. ἐσπάρην.
Σπαίζω, *palpito* : à σπαίρω.
Σπανὸς, ῦ, *infrequens, rarus, paucus* ; à σπανός.
Σπάρος ἰχθὺς, *cammarus, SPARUS.* Gl. Cyr.
Σπάρτα, ης, ἡ, *SPARTA*, Laconiæ urbs primaria.
Σπαρτίον vel σπάρτιον, ε, τὸ, *funiculus sparteus, funiculus* ; à
Σπάρτον, ε, τὸ, *SPARTUM, vitile, funis sparteus.* Etiam ὁ σπάρτος, à σπάω, quia *flecti & trahi* potest, vel potiùs à σπείρω.
Σπαρτοπόλιος, ε, *incanus, semicanus, cui sparsi sunt per tempora cani* : ex σπαρτὸς, *seminatus.* Th. σπείρω, & πολιὸς, *canus.*
Σπαρτῶν γένος, *Satorum genus, Thebani* sic dicti, quòd ex draconibus dentibus à Cadmo *satis* nati credantur. Th. σπείρω, *semino.*
Σπασάμενος, ε, a. 1. part. m. à σπάω, *traho.*
Σπάσεν, *traxit*, Ion. pro ἔσπασεν, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ejusd.
Σπάσμα, ατος, τὸ, in gladio *acies nuda, mucro* : in corpore humano *quod convulsum est, distensio, convulsio, SPASMA.* Th. σπάω, *traho.*
Σπασμὸς, ῦ, ὁ, *SPASMUS*, idem quod præced.
ΣΠΑΤΑΓΓΟΣ, ε, ὁ, *SPATANGUS, echinorum* species.
Σπαταλάω, -ῶ, *lascivio*, præs. part. σπαταλάων, -ῶν, -άυσα, -ῶσα, -άον, -ῶν. f. ήσω, perf. ἐσπατάληκα, a. 1. ἐσπατάλησα· à
Σπατάλη, ης, ἡ, *luxus, deliciæ* ; à σπαθάω, *prodigo.* Th. σπάθη, *rudicula.*
* Σπάτειος, *coriaceus* : &
Σπατίλη, ης, ἡ, *stercus humanum humidum.* Alii expon. *coriorum præsegmina* : à
ΣΠΑ'ΤΟΣ, εος, τὸ, *corium, pellis*, Bœot, qu. à σπάω, quia *contrahi* potest, vel quia *detrahitur.* Hinc
Σπατόω, *opus ex corio facio.*
ΣΠΑ'Ω, *traho, extraho, vello.* f. σπάσω, perf. ἔσπακα, præs. m. σπάομαι, *distringo, stringo* a. 1. m. ἐσπασάμην, ω, α ο. a. 1. part. m. σπασάμενος.
Σπεῖο, *sequere*, per Ectasin P ët. pro σπέο, quod Ion. pro σπῦ. præs. imperat. verbi ἕσπομαι, Poët. pro ἕπομαι, sed ε amittitur. Sic in inf. σπέσθαι, pro ἕσπεσθαι, in part. σπόμενος, pro ἑσπόμενος. Th. ἕπω, *sequor.*
Σπεῖος, Poët. pro σπέος, εος, τὸ, *specus.*
ΣΠΕΙ'ΡΑ, α . ἡ, *SPIRA, funis* ; item *cohors, legio.* Hinc Angl. 𝔖𝔭𝔦𝔯𝔢.
Σπειρέμεν, *serito* : præs. infin. pro imperat. Ion. verbi σπείρω, quod vide.
Σπεῖρον, ε, τὸ, *funis nauticus in orbem convolutus.* à σπεῖρα.
ΣΠΕΙ'ΡΩ, *SERO, semino, SPARGO*, f. 1. σπερῶ, f. 2. σπαρῶ, perf. ἔσπαρκα, a. 1. ἔσπειρα, a. 1. inf. act. σπεῖραι, a. 1. part. act. σπείρας, ασα, ειραν, a. 2. ind. act. ἔσπαρον, ες, ε, præs. pass. σπείρομαι, *seror*, perf. pass. ἔσπαρμαι, σαι, ται, perf. part. pass. ἐσπαρμένος, η, ον, a. 2. ind. pass. ἐσπάρην, ης, η, a. 2. sub. pass. σπαρῶ, ῇς, ῇ, a. 2. part. pass. σπαρεὶς, εῖσα, præt. m. ἔσπορα.
Σπεῖσαι, a. 1. inf. act. σπείσας, ασα, a. 1. part. act. σπείσασθαι, a. 1. inf. m. σπεισάμενος, a. 1. part. m. verbi σπένδω, *libo* : f. σπείσω.
Σπεῖσαντ', *libaverunt* : Ion. pro ἔσπεισαντο, 3. pl. a. 1. m. verbi ejusd.
Σπείσασκε, Poët. pro ἔσπεισε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi σπένδω, *libo* : f. σπείσω.
Σπείσω, *libabo.* Vide præced.
Σπεὼ, όος, ἡ, *SPEO*, nomen mul. q. d. *in specu latitans.*
Σπέκλον, *speculum.* Gloss. Cyr. ex Lat.
Σπεκλοποιὸς, *specularius.*
Σπεκουλάτωρ, ωρος, ὁ, *spiculator*, vox Lat. sic dictus à spiculo quod gestabat δορυφόρος, δεξιολάβος, *satelles.* Alii tamen *speculatorem* à *speculando* dictum volunt, ideoque per ε scribi debere.
ΣΠΕ'ΛΕΘΟΣ, & πέλεθος, ε, ὁ, *stercus, excrementum.* q. à σπίλος, *sordes.*
Σπένδεσκε, *libabat*, Ion. pro ἔσπενδε, 3. sing. imperf. act. verbi σπένδω, quod vide.
Σπενδόμενος, ε, præs. part. pass. à
ΣΠΕ'ΝΔΩ, *libo, fœdus ineo* : (qu. à σπάω, pro *traho, haurio.*) f. σπείσω, a. 1. ἔσπεισα, præs. pass. σπένδομαι, *libor* : p. m. ἔσπονδα· undè Angl. 𝔱𝔬 𝔰𝔭𝔢𝔫𝔡.
ΣΠΕ'ΟΣ, εος, τὸ, *SPECUS, spelunca*, Poët. σπεῖος, Ion. σπῆος, dat. pl. σπέεσι, Poët. & Ion. σπέσσι.
Σπέραδος, εος, τὸ, *semen* : à σπείρω, *semino.*
Σπέρμα, ατος, τὸ, *semen, SPERMA* : in plur. σπέρματα, dat. pl. σπέρμασι. Th. σπείρω, *semino.*
Σπερμαίνω, idem quod σπείρω, *semino.*
Σπερματίζω, *semento, semen sero* : &
Σπερματικὸς, ῦ, *seminalis.* Th. σπείρω, *semino.* Hinc Angl. 𝔰𝔭𝔢𝔯𝔪𝔞𝔱𝔦𝔠𝔨.

Σπερμολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, *garrulus, nugator, blaterator.* ex σπέρμα, ατος, τὸ, *semen,* & λόγος, *sermo:* qu. *qui suas nugas dissеminat.* Th. λέγω, *dico.*

Σπερχθεὶς, εῖσα, ὲν, *irritatus:* a. 1. part. pass. verbi σπέρχω, *urgeo,* a. 1. pass. ἐσπέρχθην.

Σπερχνὸς, ου, *celer, festinus:* à σπέρχνω, id. quod σπέρχω, *urgeo, festinare coge.*

ΣΠΕΡΧΩ, *urgeo, propello, irascor, festino.* a. 1. pass. ἐσπέρχθην.

Σπερῶ, *seminabo:* f. 1. act. verbi σπείρω, *semino,* quod vide.

Σπὲς, *dic,* pro σπὲ, a. 2. imperat. act. ad formam verborum in μι, à σπέω, vel σπῶ, *dico:* f. σπέσω, a. 2. ἔσπον. Quod σπέω ponitur pro ἔσπω, Poët. pro ἔπω, *dico.* Vel pro ἕσπω, pro ἕπω, vel ἕπομαι, *sequor.*

Σπέσθαι, *sequi.* Vide in σπεῖο.

Σπέτε, a. pl. a. 2. imperat. σπὲς, quod vid.

Σπεύδει, *festinat,* 3. sing. præs. ind. verbi σπεύδω, *festino.*

Σπεύδοι, 3. sing. præs. opt. act. ejusd. verbi.

Σπεύδοντ᾽ pro σπεύδοντα, acc. sing. &

Σπεύδοντες, nom. pl. part. præs. &

Σπεύδοντι, Dor. pro σπεύδουσι, *properant,* 3. pl. præs. à

ΣΠΕΥ'ΔΩ, *festino:* σπεύδειν βίον ἀθάνατον. Poët. loquendi genus, *immortalem vitam affectare:* præs. imperat. σπεῦδε, ἔτω, imperf. ἔσπευδον. f. σπεύσω. a. 1. ἔσπευσα. a. 1. imperat. σπεῦσον, άτω. a. 1. part. act. σπεύσας, αντος, præt. m. ἔσπευδα. qu. σπῶ ὁδόν.

Σπεύδωμες, *properemus:* Dor. pro σπεύδωμεν, 1. pl. præs. sub. &

Σπεύσας, αντος, a. 1. part. act. verbi σπεύδω, f. σω, *festino.*

Σπεῦσον, a. 1. imperat. ejusd. verbi.

Σπῆϊ, alii legunt σπεῖϊ, idque meliùs dat. sing. à σπέος, pro σπέος, εος, τὸ, *antrum,* Ion. σπῆος.

Σπήλαιον, ου, τὸ, *spelunca, SPELÆUM.* Th. σπέος, εος, τὸ, *specus, antrum.*

Σπήλυγξ, υγγος, ἡ, *SPELUNCA:* ab eod. Th.

Σπίλωνες, *lapides prægrandes in itineribus projecti pontis loco:* à σπιλὰς, *saxum.* Th. σπίλος, idem.

Σπιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *passus, amplus, spissus.* à σπίζω, *extendo.*

Σπιδνὸς, ῦ, *densus, SPISSUS:* ab eod. Th.

Σπίζα, ης, ἡ, *avis,* à sono, similis est *passeri,* à σπίζω, *pipilo.*

ΣΠΙ'ΖΩ, *extendo, expando.* qu. à σπάω, *traho;* etiam *pipilo,* sonus quarundam avium.

● Σπιθαμαῖος, ου, vide σπιθαμώδης, qu. id. significat.

ΣΠΙΘΑΜΗ', ῆς, ἡ, *SPITHAMA, spatium inter pollicem & minimum digitum expassum: palmus major, dodrans:* dicta vox παρὰ τὸ θαμὰ σπίζεσθαι τοὺς δακτύλους, *à digitis extensis.*

● Σπιθαμιαῖος, ου, idem ac

● Σπιθαμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, *spithamæ* seu *dodrantis longitudinem æquans, dodrantalis.*

Σπίλα, *fraces.* σέμφυλα, Hesych. Sunt quædam sordes: à σπίλος, ου, ὁ, *macula.*

Σπιλάδεσσιν, *procellis,* dat. pl. Ion. à

Σπιλὰς, άδος, ἡ, *rupes, scopulus maris:* q. seu σπίλος, maris. Est & σπιλὰς, *procella;* à

ΣΠΙ'ΛΟΣ, ου, ὁ, *macula, labes, vitiligo,* item *saxum.* unde

Σπιλόω, *maculo:* f. ώσω. p. ἐσπίλωκα. &

● Σπίλωμα, ατος, τὸ, *macula, labes.*

● Σπινθαρίδες, *scintillæ.* Th. σπινθήρ.

ΣΠΙ'ΝΔΑΣΙΣ, ιος, ἡ, *avis peregrina, avis incendiaria.* Plin. an à σπινθήρ.

ΣΠΙΝΘΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, *SCINTILLA:* qu. à σπᾶν & αἶθος, *ignis.*

● Σπινθρίχες, ων, αἱ, *flammæ.*

Σπίνος, *fringilla,* avis à σπίζειν.

Σπλαγχνίζομαι, *misericordiâ* (ex ipso corde profectâ) *moveor:* a. 1. pass. ἐσπλαγχνίσθην, ης, η. a. 1. part. pass. σπλαγχνισθεὶς, ένος. &

Σπλαγχνισμὸς, ῦ, ὁ, *misericordia, commiseratio:* à

ΣΠΛΑ'ΓΧΝΟΝ, ου, τὸ, *viscus.* τὰ σπλάγχνα, *viscera, cor, jecur, pulmones, affectus maternus, commiseratio.* Σπλάγχνον frequentèr de *corde* dicitur, ut liquet etiam in compositis: ἄσπλαγχνος, *non habens cor,* & εὔσπλαγχνος, *animosus, misericors.* Eustath. ducit à Dor. σπλὰν pro σπλὴν, *splen,* unum ex visceribus.

● Σπλαγχνοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, *viscera edens:* ex σπλάγχνον & φάγω.

Σπληδὸς, *cinis:* à σποδὸς, οῦ, ἡ, idem.

ΣΠΛΗ'Ν, σπληνὸς, ὁ, *SPLEN, lien.* Angl. **Spleen.**

Σπογγιὰ, ᾶς, ἡ, *SPONGIA:* Angl. a **Sponge:** à

ΣΠΟ'ΓΓΟΣ, ου, ὁ, *spongia:* qu. σπῶ ὑγρά. Hinc

Σπογγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, *spongiosus.*

Σποδεύνας, α, ὁ, Dor. pro σποδεύνης, ου, ὁ, *qui in cinere jacet ac dormit.* Ex σποδὸς, & εὐνὴ, ἡ, *cubile.*

Σποδέω, *ferventi cinere obruo, percutio, purgo,* item *subagito.* Th. σποδὸς, ῦ, ἡ, *cinis.*

● Σποδία, ας, ἡ, *cinis:* à

Σποδίζω, f. ίσω, *sub cinere coquo, comburo velut in cinere, cineritius fum.* Th. σποδός.

Σποδοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *cinereus:* ex σποδὸς, ῦ, ἡ, *cinis,* & εἶδος, *species.* Th. εἴδω, *video.*

ΣΠΟΔΟ'Σ, ῦ, ἡ, *cinis:* qu. à σβέω, σβέσω, quia extinctis & consumptis lignis remanet. κόνις, εως, ἡ, & τέφρα, ας, ἡ, idem.

● Σποδόω, -ῶ, *cinere obruo, percutio, purgo,* f. ώσω. p. ἐσπόδωκα.

ΣΠΟΛΑ'Σ, άδος, ἡ, *vestis coriacea.*

Σπολὴ, *stola.* Hesychius pro στολὴ, Dor.

Σπόλια, τὰ, *lanæ, quæ ex ovium cruribus evelluntur.* à σπάω, *traho, evello.*

Σπώμενος, pro ἑπόμενος, fit σπομένα, Dor. pro σπομένη, ης, ἡ. Vide in σπεῖο.

Σπονδαρχίαι, ῶν, *immolatorum libamina.*

Σπονδὰς, acc. pl. σπονδὴ, quod vide.

● Σπονδεῖον, ου, τὸ, *calix, crater, vas ad libandum vinum:* à

Σπονδὴ, ῆς, ἡ, *libatio, libamen:* σπονδῇσι, dat. pl. Ion. pro σπονδαῖς. Peculiaritèr σπονδαὶ dicuntur *libationes quæ in sanciendis fœderibus adhibentur:* & sæpe etiam

ipsa

ipsa fœdera : à σπένδω, libo. f. σπείσω, p. m. ἔσπονδα.

Σπονδοφόρος, ου, ὁ κ̀ ἡ, qui libationes fert, sacerdos. Ex σπονδὴ, libatio, (quod à σπένδω, libo) & φέρω, fero. præt. med. πέφορα.

ΣΠΟΝΔΥΛΟΣ, ου, ὁ, SPONDYLUS, vertebra spinæ dorsi.

Σπορὰ, ᾶς, ἡ, & σπόρος, ου, ὁ, semen, satio. à præt. m. ἔσπορα, verbi σπείρω, semino.

Σποράς, άδος, ὁ, vel ἡ, sparsus, dispersus : &

Σπορεὺς, έως, ὁ, sator, seminator : ab eod.

Σπόριμος, ου, ὁ κ̀ ἡ, qui seminari potest. σπόριμα, ων, τὰ, sata : ab eod. Th.

Σπόρας. Vide in σπορά.

Σπόραω, gen. Dor. pro σπόρου. Vide in σπορά.

Σποῦ, pro ἕσπου, pro quo & σπέο, Ion. & Poët. præs. imperat. m. verbi ἕπομαι, Poët. pro ἕπομαι, sequor : in cujus temporibus sæpè amittitur ε. Vide in σπεῖο. Et

Σπου Scythicè oculum significat.

Σπουδάζω, sedulò ago, contendo, seriò ago : fut. άσω. præt. part. σπουδάζων. ovilος, in acc. pl. σπουδάζοντας, perf. ἐσπούδακα. a. 1. imperat. act. σπούδασον, άτω. à σπουδὴ, diligentia. Th. σπεύδω.

Σπουδαῖος, αία, αῖον, diligens, probus, honestus, serius : comp. σπουδαιότερος, & Att. σπουδαιέστερος, majori studio utens : à σπουδὴ, studium. Th. σπεύδω, festino.

Σπουδαιότατοι, nom. plur. superlat. grad. à σπουδαῖος, quod vide.

Σπουδαιοτέρως, & σπουδαιότερον, diligentiùs, adv. compar. grad. à σπουδαῖος, studiosus. Th. σπεύδω, festino.

Σπουδαίως, adv. studiosè, diligentèr, seriò : à σπουδαῖος, quod vide.

Σπουδὴ, ῆς, ἡ, & Dor. σπουδὰ, festinatio, per Metaph. animi intentio, desiderium, STUDIUM, diligentia. Th. σπεύδω, festino : p. m. ἔσπουδα.

Σπουδῇ, dat. præced. adverbial. diligentèr, festinantèr, cum labore, à præc.

ΣΠΥΡΑΘΙ'Α, ας, ἡ, & σπύραθος, ου, ὁ κ̀ ἡ, tum σπυράς, άδος, ἡ, caprarum stercus.

Σπυρὶς, ίδος, ἡ, SPORTA, corbis, fiscella, seu vas vimineum aut junceum. Th. πυρὸς, ου, ὁ, triticum, frumentum.

• Σταγετὸς, οῦ, ὁ, stilla : à στάζω.

Στάγιον, ἑξάγιον, ς', nota senarii.

Σταγὼν, όνος, ἡ, stilla, gutta : à στάζω.

Σταδιοδρομέω, cursu contendo : f. ήσω. à

Σταδιοδρόμος, qui in stadio cursu certat : quod ex στάδιος, seu -ον stadium : (quod ab ἵστημι, sto) & δρόμος, cursus, præt. med. δέδρομα. verbi τρέχω, curro : fut. θρέξω. a. 2. ἔδραμον.

Στάδιον, STADIUM, curriculum, seu campus ubi equestria vigent exercitia ; continens sex jugera. Æol. σπάδιον, SPATIUM. à στάδιος.

• Στάδιος, ου, ὁ, idem. à

Στάδιος, ία, ον, firmus, a, um, stabilis : ab ἵσταμαι, sto.

Στάζοντα, stillantem, acc. sing. præs. part. à στάζω, stillo.

ΣΤΑ'ΖΩ, stillo : f. ξω.

Σταθεὶς, έντος, status, positus : a. 1. part. pass. verbi ἵστημι, sto : f. σταθήσω. aor. 1. pass. ἐστάθην.

Στάθεν, Bœot. Sync. pro ἐστάθησαν, steterunt, 3. pl. a. 1. pass. verbi ἵστημι, sto.

Σταθερὸς, ὰ, ὸν, stabilis, -e : à στάω, seu ἵστημι, sto.

Σταθῇ, 3. sing. a. 1. sub. pass.

Σταθῆναι, a. 1. infin. pass. &

Σταθήσομαι, ῃ, εται, f. 1. pass. verbi ἵστημι.

Στάθι, Dor. pro στῆθι, a. 2. imperat. act. ejusd. verbi.

Στάθμα, ας, ἁ, Dor. pro στάθμη, ῆ, meta, quod vide.

Σταθμάω, f. ήσω, ad amussim exigo, pondero, æstimo.

Σταθμάομαι, conjicio : à στάθμη, amussis. Th. ἵστημι, sto.

Σταθμεύμενος, Ion. pro σταθμώμενος, conjiciens : à σταθμάομαι, vel -έομαι.

Στάθμη, ης, ἡ, amussis, regula ad quam aliquid exequatur, meta : & indè

Σταθμίζω, f. ίσω, expendo, pondero. Th. ἵστημι, sto, pondero.

• Στάθμιον, ου, τὸ, pondus : à

Σταθμὸς, οῦ, ὁ, stabulum, statio, postis, statera, pondus : dat. sing. σταθμῷ. dat. pl. Ion. σταθμοῖσι. ab eod. Th.

Στᾶθος, εος, τὸ, Dor. pro στῆθος, εος, pectus.

Σταῖμεν, σταῖτε, σταῖεν, Att. Sync. pro σταίημεν, ητε, σταίησαν, 1. pl. a. 2. opt. act. verbi ἵστημι.

ΣΤΑΙ'Σ, & σταὶς, αιτὸς, τὸ, farina triticea aquâ subacta.

Στακτὴ, ῆς, ἡ, gutta, lixivia, aloë : à

Στακτὸς, οῦ, stillatitius. Th. στάζω, fut. ξω, stillo.

Στάλα, ας, ἁ, Dor. pro στήλη, ἡ, columna.

• Σταλαγμὸς, οῦ, ὁ, distillatio.

Σταλάζω, fut. ξω, STILLO. Th. στάζω idem.

• Σταλάσσω, idem ac præced.

Σταλῆναι, missum esse, a. 2. infin. pass. verbi στέλλω, mitto, a. 2. pass. ἐστάλην.

Στάλιξ, κος, varus, paxillus, qui facit imposita στάσιν.

Στάμεν, Poët. pro στῆναι, a. 1. infin. act. verbi ἵστημι. Alii scribendum censent στᾶμεν, à στῆναι, Dor. στᾶναι. hinc Att. Ion. στάμεναι, & per Apocopen στάμεν.

Στάμιν, ινος, lignum in navi erectum : à στάω, seu ἵστημι, quia stat.

ΣΤΑ'ΜΝΟΣ, ου, ὁ κ̀ ἡ, urna, hydria, amphora : ut puto, à στάω, quòd erecta stet.

Στὰν, Ion. pro ἔσταν, hoc verò Bœot. Sync. pro ἔστασαν, steterunt, 3. pl. a. 2. ind. act. verbi ἵστημι, sto. f. στήσω, a. 2. ἔστην.

Στάξευμες, Dor. & Æol. pro στάξομεν, stillabimus, 1. pl. f. 1. verbi στάζω, stillo.

Στάξοισι, Æol. & Dor. pro στάξουσι, 3. pers. pl. f. 1. verbi στάζω, stillo : f. ξω.

Σταότα, Ion. pro ἑσταότα, n. g. pl. num. perf. part. act. ab ἵστημι, sto. perf. part. ἑστηκὼς, ότος, & Ion. Crasi ἑστεὼς, ῶτος, & per Aphæresin στεῶτος, &c.

Στὰς, qui stetit, a. 2. part. act. Sed στᾶσ' pro στᾶσα, a. 2. part. f. g. ab ἵστημι, sto.

Στάσῃ, consistas, 2. sing. a. 1. sub. m. Dor. pro στήσῃ, ab ἵστημι, sto.

Στασιάζω,

Στασιάζω, f. άσω, *seditionem excito, dissideo*: vide in στάσις.

Στασιασμὸς, ῦ, ὁ, *dissensio*: à præced.

Στάσιμος, ῦ, ὁ καὶ ἡ, *stativus, stabilis*: Gl. Cyr. ab ἵστημι, *sto*.

Στάσις, εως, ἡ, propriè *statio*, ipse standi actus: deindè *factio, seditio*: & hinc

Στασιώδης, εος, & στασιώτης, ῦ, ὁ, *seditiosus*. Th. ἵστημι, *sto, erigo*; cum multitudo erigit adversùs præstites.

Στάσκεν, Ion. & Poët. pro ἔστη, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi ἵστημι, *sto*.

Στάσομαι, Dor. pro στήσομαι, fut. 1. med. verbi ejusd.

Στάσω, Dor. pro στήσω, f. 1. ejusd.

Στατὴρ, ῆρος, ὁ, STATER, nomen monetæ continentis pondus quatuor drachmarum.

Στατὸς, ῦ, *stans, qui diù stat*. Sic στατὸς ἵππος, *equus qui in stabulo continetur*: hinc στατίζομαι, *sto*. Th. ἵστημι, idem.

ΣΤΑΥΡΟ'Σ, ῦ, ὁ, *vallus, palus ligneus, crux*.

Σταυρόω, -ῶ, *palo, crucifigo*, per Metaph. *impetum carnis, ne in me regnet, frango*: virtute scil. Spiritûs S. precibus, &c. f. ώσω. p. ἐσταύρωκα. a. 1. ἐσταύρωσα. aor. 1. imperat. act. σταύρωσον, άτω, & in pl. σταυρώσατε. a. 1. sub. act. σταυρώσω, ῃς, ῃ, & in 3. pl. σταυρώσωσιν. a. 1. infin. act. σταυρῶσαι. a. 1. part. act. σταυρώσας, αντος. perf. pass. ἐσταύρωμαι, σαι, ται, *sum contemptui & horrori*: p. part. pass. ἐσταυρωμένος, η, ον, *crucifixus*: a. 1. pass. ἐσταυρώθην, ης, η. aor. 1. imperat. pass. σταυρώθητι, ήτω. a. 1. sub. pass. σταυρωθῶ, ῇς, ῇ, a. 1. infin. pass. σταυρωθῆναι. Th. σταυρὸς, *crux*.

Σταυρώσιμος, *furcifer*: à σταυρός.

Σταύρωσις, εως, ἡ, *crucifixio*: à 2. pers. sing. perf. pass. verbi σταυρόω.

ΣΤΑΦΙ'Σ, ίδος, ἡ, *uva passa*. Hinc σταφυλὴ, ῆς, ἡ, *uva*: qu. à στάζω, quia stillat liquorem: hinc & σταφυλὴ ἀνθρώπου, *columella, uva*: sed σταφύλη, ης, est *perpendiculum*.

Σταφυλὴ, & σταφύλη, vide in σταφίς. σταφυλῆσι, dat. pl. Ion. à σταφυλὴ, *uva*.

Σταχάνη, ης, ἡ, *trutina*, Dor. ab ἵστημι, *pondero*.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ, *spica*: in nom. pl. στάχυες, q. à στίξ, *ordo*; quia certos habet ordines granorum; item *stella* quæ *spica* virginis dicitur: & *herba*, marrubio similis. Est &

Στάχυς, υος, ὁ. nomen viri.

Στάω, στῶ, STO, *maneo*: ab hoc inusitat. est ἵστημι, *statuo*.

ΣΤΕ'ΑΡ, ατος, τὸ, *sebum*, seu *sevum*; item *farina aquâ subacta*.

● Στεατόομαι, -ῦμαι, *pinguesco, pinguefio*: f. 1. m. ώσομαι.

● Στεγάζω, *tego, sustineo, fulcio*, f. άσω, p. ἐστέγακα.

Στεγανὸς, & per Sync. στεγνὸς, ῦ, *opertus, solidus*: à στέγω, *tego, sustineo*.

Στεγαστρίδες, *ad aliquid tegendum aptæ*. Th. στέγω, *tego*.

Στέγη, ης, ἡ, *tectum, ædificium, contignatio*: undè Angl. Stage. Th. στέγω.

Στέγος, vel τέγος, εος, τὸ, idem, & ab eod. Th.

ΣΤΕ'ΓΩ, TEGO, *operio*; item *tolero, sustineo, impedio, propulso*: f. ξω. p. ἔστεχα. p. m. ἔστογα.

ΣΤΕΙ'ΒΩ, STIPO, *calco, constipo*: q. ex στάω, & βάω, quod enim calcat, *stat*, & *it* quodammodo; quia stando movet pedes. Hinc στίβος, ῦ, ὁ, *via, semita*.

Στείλαντο, *collegerunt*, Ion. pro ἐστείλαντο, 3. pl. a. 1. ind. m. verbi στέλλω, *mitto, contraho*, quod vide.

Στειλειά, ᾶς, ἡ, *foramen securis, in quod* στέλλεται, id est, *immittitur* lignum: &

Στειλεὸν, & Poët. στειλειόν, ῦ, τὸ, & στειλεὸν, vel στειλεὸς, ῦ, ὁ, *securis manubrium*; quòd στειλειᾷ immittitur.

Στεινομένη, *arctata*, Ion. pro στενομένη, præs. part. pass. f. g. verbi στένω, *gemo*. Th. στενὸς, *angustus, arctus*: Ion. στεινὸς, idem.

Στείνοντο, Ion. pro ἐστείνοντο, *resonabant*, 3. pl. imperf. à στείνομαι, *suspiro*. Vide præced.

Στεινὸς, ῦ, Ion. idem quod στενὸς, ῦ, *angustus*: sed

Στεῖνος, εος, τὸ, *via angusta, anxietas*. Th. στενός.

Στεινόω, Ion. pro στενόω, &

Στείνω, Ion. pro στένω. Th. στενός.

Στεινωπὸς, Ion. pro στενωπὸς, hoc autem Poët. pro στενωπὸς, *arcta*, seu *angusta via*: à στενὸς, *angustus*, & ὀπὴ, *foramen*.

Στείομεν, *steterimus*, Ion. pro στῶμεν, 1. pl. a. 2. sub. act. ω in εο resoluto, στέωμεν, & Ectasi Poët. στείομεν, verbi ἵστημι, *sto*: f. στήσω. a. 2. ἔστην. a. 2. sub. στῶ.

Στεῖρα, ας, & Ion. στείρη, ης, ἡ, *carina navis*, quasi στερρὰ, *firma*: à στερρὸς, *solidus*, pro στερεὸς, idem: *quod carina sit solidissima asserum, quippe inquam, tanquam fundamentum quoddam, ædificantur cæteræ partes navis*. Est etiam

Στεῖρα, ας, ἡ, *sterilis*. αἱ στεῖραι, *steriles*: à στερέω, *privo*: f. ήσω, & έσω, p. ἐστέρηκα.

Στεῖρος, ῦ, ὁ, *sterilis vir*. στεῖρα, ας, ἡ, *sterilis fœmina*: tamen & στεῖρος, de fœminâ. Th. στερέω, *privo*.

● Στειρόω, -ῶ, *sterilis fio*, f. ώσω, p. ἐστείρωκα.

Στεῖχον, Ion. pro ἔστειχον, *incedebant*, 3. pl. imperf. act. verbi στείχω, *eo, vado*.

ΣΤΕΙ'ΧΩ, *vado, ordine incedo*: f. ξω, p. ἔστειχα. a. 2. ἔστιχον.

Στελγὶς, ίδος, ἡ, &

Στέλεγγις, ἡ, *strigilis*; item *coronamenti genus, lamina*: à στέλλειν γυῖα, *ornare membra*. Vide στλεγγίς.

Στελεὸν, & -ὸς, vide in στειλεόν.

ΣΤΕ'ΛΕΧΟΣ, εος, τὸ, *truncus, caudex*: qui qu. ex radice στέλλεται.

ΣΤΕΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, *viscum, quod arbori innascitur*: materia qu. aliundè missa, à στέλλω.

Στελλέμεν, *ornare*, Dor. pro στέλλειν, præs. infin. act. Vide στέλλω.

ΣΤΕ'ΛΛΩ, *mitto, instruo, apparo, orno, amicio*: f. στελῶ. f. 2. σταλῶ. p. ἔσταλκα. a. 1. ἔστειλα. præs. m. στέλλομαι, *devito, subduco*, p. m. ἔστολα.

Στελμονίαι, *fasciæ quibus canum latera præmuniuntur*: à στέλλω, *instruo*.

Στελῶ,

Στελῶ, mittam, f. 1. verbi στέλλω, mitto.
ΣΤΕ'ΜΒΩ, contumeliâ, seu injuriâ afficio: q. à στόμα, ατος, τὸ, ut fit ore lædo. Est &
Στέμβω, assiduè moveo: vide στέμφω.
Στέμμα, ατος, τὸ, sertum, corona, vitta, lana, STEMMA nobilitatis: à 1. perf. perf. pass. verbi στέφω, corono: f. ψω. p. ἔστεφα. perf. pass. ἔστεμμαι. Angl. a Stem.
Στέμφυλα, τὰ, vinacea, floces, fraces. Sunt folliculi σταφυλῆς.
Στέμφω, f. ψω, moveo: undè ἀστεμβὴς, & ἀστεμφὴς, immotus. Vide in στέμβω. Martin. refert ad στείβω, calco.
Στέναγμα, ατος, τὸ, &
Στεναγμὸς, ῦ, ὁ, suspirium, gemitus: à στενάζω, ingemisco. Th. στενὸς, angustus.
Στενάζω, ingemisco: præs. imperat. act. στέναζε, ἔτω, & in pl. στενάζετε, f. άξω. a. 1. ἐστέναξα, ingemui: à στένω, gemo. Th. στενὸς, angustus, gemitus enim fit angusto corde.
Στεναχλὸς, ῦ, gemebundus, lamentabilis: à præced.
Στενάχιζε, ingemiscebat, 3. sing. imperf. Ion. à
Στεναχίζω, f. ισω, gemo: Poët. à
Στενάχω, f. ξω, Poët. & στεναχέω, idem ac στενάζω, & ab iisd.
Στενόεις, εντος, gemebundus. Th. στενὸς, arctus.
Στενόεντα, præc. acc. sing. m. g. vel pl. n. g.
Στενολεσχεῖν, anxium esse seu torqueri in rebus frivolis & nugatoriis: à στενὸς, anxius, & λέσχη, sermocinatio.
ΣΤΕΝΟ'Σ, ῦ, angustus, arctus.
Στενόσημον, angusticlavium: ex στενὸς, angustus, & σῆμα, ατος, τὸ, signum: ita πλατύσημον, laticlavium.
* Στενότης, ητος, ἡ, angustia: à στενὸς.
Στενοχωρέω, -ῶ, coarcto: f. ήσω. p. ἐστενοχώρηκα, præs. pass. στενοχωρέομαι, -ῦμαι, coarctor: qu. ex στενὸς χῶρος, angustus locus.
Στενοχωρία, ας, ἡ, angustia: ex iisd.
Στενόω, f. ώσω, angusto, coarcto. Th. στενὸς, angustus.
Στέντωρ, ορος, ὁ, STENTOR, præco, qui tantùm vociferabatur, quantùm alii quinquagintà, dat. sing. Στέντορι.
Στένω, f. ενῶ, gemo, deploro, resono: ex angusto corde. Th. στενὸς, angustus.
Στεινωπὸς, Poët. pro στενωπὸς, angustus, in quo visus contrahitur, arcta seu angusta via: à στενὸς, angustus, & ὀπὴ, foramen.
* Στενῶς, adv. contractè, angustè: à στενὸς.
* Στένωσις, εως, ἡ, coarctatio: à στενόω.
Στέωμεν, stetissemus, Ion. pro στῶμεν, 1. pl. a. 2. sub. act. verbi ἵστημι, sto.
* Στέργοισα, Dor. pro στέργουσα, præs. part. f. g. à στέργω, diligo.
ΣΤΕ'ΡΓΩ, naturali charitate complector; it. acquiesco, sum contentus, oro, desidero: qu. στέγω, ut sit protego, naturali propensione: f. ξω, p. ἔστερχα, p. m. ἔστοργα.
Στέργωσι, 3. pl. præs. sub. verbi præced.
Στερεθεῖσαι, n. pl. f. g. a. 1. part. pass. à στερέω.
* Στερεοκάρδιος, ῦ, ὁ καὶ ἡ, firmus & constans animo: ex καρδία, cor, &
ΣΤΕΡΕΟ'Σ, ῦ, solidus, integer, perfectus, rigidus, firmus (qu. à στάω) firmitèr stans. Hinc
Στερεόω, -ῶ, confirmo, solidum reddo, corroboro: f. ώσω. p. ἐστερέωκα. imperf. pass. ἐστερεούμην, -ούμην, & in 3. pl. ἐστερεοῦντο, -ῦντο. p. pass. ἐστερέωμαι. a. 1. pass. ἐστερεώθην, ης, η. Th. στερεός.
Στερέσαι, a. 1. infin. act. verbi στερέω, privo.
Στέρεται, privatur, 3. sing. præs. pass. à στέρομαι, idem ac στερέομαι, -ῦμαι.
ΣΤΕΡΕ'Ω, privo, orbo: f. ήσω, & έσω, perf. ηκα, & εκα, a. 1. pass. ἐστερήθην.
Στερέωμα, ατος, τὸ, firmamentum, soliditas: à στερεόω, solido. Th. στερεὸς, solidus.
Στερεῶς, adv. solidè, firmitèr, constantèr: à στερεὸς, quod vide.
* Στερέωσις, εως, ἡ, confirmatio, consolidatio.
Στερήσας, αντος, a. 1. part. act. στερέω, privo.
Στέρησις, εως, ἡ, privatio: &
Στερητικὸς, ῦ, privativus: à perf. pass. verbi στερέω, privo.
Στερηθῆμεν, privatum esse, per Sync. pro στερηθήμεν, seu στερηθήμεναι, Ion. & Dor. pro στερηθῆναι, a 1. inf. pass. verbi στερέω, privo: f. ήσω, & έσω, a. 1. pass. ἐστερήθην.
Στερίσκονται, privantur: 3. pl. ind. pass. à
Στερίσκω, idem quod στερέω, privo.
Στέριφος, εος, τὸ, pectus, quia στερρὸν, solidum. Et στέριφος, ῦ, sterilis: q. à στεῖρος. Th. στερέω, privo: vel vide στερεὸς, solidus.
ΣΤΕ'ΡΝΟΝ, ῦ, τὸ, pectus: quia στερεὸν ossibus firmitèr munitum.
Στέρξαι, amavisse, a. 1. infin. act. verbi στέργω, naturali charitate complector: f. ξω. a. 1. ind. pass. ἐστέρχθην.
Στέρομαι, Att. idem ac στερέομαι, -ῦμαι, privor.
Στεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgor, splendor; per Aphæresin pro ἀστεροπὴ, Poët. pro ἀστραπὴ, ab ἀστράπτω, fulguro. f. ψω. Est &
Στερόπης, nomen proprium Cyclopis.
Στεροπηγερέτα, voc. sing. à
Στεροπηγερέτης, ῦ, ὁ, qui fulgur suscitat, Jovis Epithet. à στεροπὴ, & ἀγείρω, excito.
Στέροψ, πος, ἡ, idem quod στεροπή.
Στερρὸς, ὰ, ὸν, idem ac στερεὸς, solidus: &
Στερρότης, ητος, ἡ, idem quod στερεότης, soliditas.
Στέρφος, εος, τὸ, pellis: à στέφω, tego, per Pleonasm. τῦ ρ. Dicitur etiam ἔρφος, & Dor. στρέφος. q. à στέφω.
Στερχθεὶς, έντος, dilectus, a. 1. part. pass. στέργω, f. ξω. Vide in στέρξαι.
Στεῦντ', pro στεῦνται, vide in
Στεῦται, firmatur, per Sync. pro στεύεται, 3. sing. præs. verbi στεύομαι, & στέομαι, promitto, firmo, præ me fero. sic στεῦτο, pro στεύετο firmabatur, Ion. & per Sync. pro ἐστεύετο, 3. sing. imperf. ejusd.
Στεφανᾶς, ᾶ, ὁ, nomen viri. Gr. sertum.
Στεφάνη, ης, ἡ, corona, vertex, orbis, cribri ambitus, montis culmen, galeæ species, ungula. Th. στέφω, corono.
* Στεφανηφορέω, -ῶ, coronam fero, f. ήσω, p. ἐστεφανηφόρηκα. &
Στεφανηφόρος ἀγὼν, certamen, in quo victori corona datur ferenda. Ex στέφανος, quod à στέφω, corono, & φέρω, fero.
Στεφανίζω, f. ξω, corono, à στέφανος, quod à στέφω.

Στέφανος,

Στέφανος, ου, ὁ, *corona* : στεφάνους, Dor. pro στεφάνας. Th. στέφω.

Στεφανεῦνται, 3. pl. præſ. ind.. paſſ. verbi στεφανόω, quod vide.

Στεφανοφορία, ας, ἡ, idem ac στεφανοφορία, ἡ, *coronæ geſtatio.* Ex στεφάνη, *corona* (quod à στέφω, *corono*) & φέρω, *fero.*

Στεφανοφόρος, *coronatus, coronam geſtans* : ab iiſd.

Στεφανόω, -ῶ, *corono* ; item *honoro, orno, decoro* : f. ώσω. p. ἐστεφάνωκα. præſ. paſſ. στεφανόομαι, -οῦμαι, -όῃ, -οῖ, -όεται, -οῦται. p. paſſ. ἐστεφάνωμαι, σαι, ται, perf. part. paſſ. ἐστεφανωμένος, *coronatus.* à στέφανος. Th. στέφω, *corono.*

Στεφάνωμα, ατος, τὸ, *corona.* & Metaph. pro *ornamento.* à 1. perſ. ſing. p. paſſ. præced.

Στέφον, *coronârunt*, Ion. pro ἔστεφον, 3. pl. imperf. verbi στέφω.

Στέφος, εος, τὸ, *corona* ſeu *corolla* : à ſeq.

ΣΤΕ'ΦΩ, *corono, redimio*, f. ψω. p. φα. perf. paſſ. ἔστεμμαι.

Στέψας, αντος, *qui coronavit*, aor. 1. part. act. verbi præced.

Στέωμεν, Ion. pro στῶμεν, 1. pl. a. 2. ſub. act. verbi ἵστημι, *ſto* : a. 2. ἔστην.

Στῆ, *ſtetit*, Ion. pro ἔστη, 3. ſing. aor. 2. ind. act. &

Στῇ, 3. ſing. a. 2. ſub. act. verbi ἵστημι, *ſto* : f. στήσω. a. 2. ἔστην.

Στήῃ, vel στήῃς, & στήῃ, Poët. pro στέῃ, & hoc pro στῇ, quod Ion. pro στῇ, 3. ſing. a. 2. ſub. act. Vel στήῃ, Pleonaſmo τοῦ η, pro στῇ, verbi ἵστημι, *ſto.* a. 2. ἔστην.

Στήθεσσιν, dat. pl. Ion. pro στήθεσι, à στῆθος, εος, τὸ, *pectus.*

Στήθεσφιν, φι additur per Paragog. dat. plur. ejuſd.

Στῆθι, *ſta*, a. 2. imperat. act. verbi ἵστημι, *ſto.* f. στήσω. a. 2. ἔστην.

Στηθιστὴρ, *antilena.* στηθοδεσμεῖν, *pectorale.*

* Στηθοδεσμὶς, ίδος, ἡ, *faſcia pectoralis* : à δέω, *ligo* : &

ΣΤΗ͂ΘΟΣ, εος, τὸ, *pectus.* q. à στῆναι, *ſtare*, quia ſtat quaſi immotum,

Στήκετε, 2. pl. præſ. à

Στήκω (ab ἕστηκα) *firmitèr ſto.* legitur verò in ſolo præſenti, dicitur verò στήκω pro ἑστήκω, per Aphæreſin ἑστήκω, f. ξω, *perſto, conſtantèr ſto.* Formatur à præt. ἕστηκα, verbi ἵστημι, Gal. v. 1.

ΣΤΗ'ΛΗ, ης, ἡ, *lapis è terrâ extans, munitionis vel ſigni gratiâ*, ſæpe pro *cippo*, vel *columnâ*, q. ab ἵστημι, *ſtatuo.*

Στηλίδιον, ου, τὸ, &

Στηλὶς, ίδος, ἡ, *parvus cippus*, ſeu *columella.* acc. pl. στηλίδας. Th. στήλη.

Στηλίτας, acc. pl. à στηλίτης, ου, ὁ, *notatus infamiâ, & qui notavit alterum, in cippum inſcriptus* : ab eod. Th.

* Στηλογραφία, ας, ἡ, *tituli inſcriptio* : à γράφω, *ſcribo*, & στήλη, *titulus.*

Στηλόω, f. ώσω, *erigo ut cippum*, & *ſtabilio ut cippum, ſtatuo.* Th. στήλη, *cippus.*

* Στήλωμα, ατος, τὸ, *columna, cippus.*

Στῆμα, ατος, τὸ, *ſtamen*, in herbis, ubi ſtat.

Στήμονα, acc. ſing. à

Στήμων, ονος, ὁ, *ſtamen.* dat. στήμονι. Th. ἵστημι, *ſto.*

Στῆναι, *poſuiſſe*, a. 2. inf. act. ab eod. Th.

Στηνία, ας, ἡ, *feſtum erat Athenis, quo ſe mutuò ſcommatis perſtringebant.*

Στήνιον, ου, τὸ, *pectus* : à στῆναι, *firmum ſtare.*

Στηνιῶσαι, *conviciis inceſſere* : à στηνία.

Στήριγμα, ατος, τὸ, *fulcrum, ſtabilimentum* ; item *temo*, vel *furca currûs* : &

Στηριγμὸς, οῦ, ὁ, *ipſa actio ſtabiliendi, firmitas* : à 1. perſ. p. paſſ. ſeq.

Ὑπέδειξα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ὑποδείκνυμι, *præmonstro*: f. ξω. p. ὑποδέδειχα. Th. δείκνυμι. *ostendo*.

Ὑπέδεκτο, *excepit*, Dor. vel Poët. Sync. pro ὑπεδ-

ὑπεδέδεκτο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi ὑποδέχομαι. Th. δέχομαι, capio : fut. δέξομαι, p. pass. δέδεγμαι, ξαι, κται.

Ὑπεδέξατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ὑποδέχομαι, suscipio : perf. pass. ὑποδέδεγμαι. Th. δέχομαι, capio.

Ὑπεθήκατο, instruxit : 3. sing. a. 1. med. verbi ὑποτίθημι, suppono. Th. τίθημι, pono : f. θήσω, a. 1. ἔθηκα, a. 2. ἔθην.

Ὑπείκω, obsecundo, obedio, succumbo, cedo : Poët. dicitur ὑπείκω, f. ὑπείξω. Ex ὑπὸ, & εἴκω, cedo.

Ὑπεῖμι, subsum. Th. εἰμὶ, sum.

Ὑπεῖναι, remittere, Ion. pro ὑφεῖναι, a. 2. inf. vide ὑφίημι. & ὑπεῖναι, adesse, præs. inf. ab εἰμὶ, sum.

Ὑπείξομαι, cessero, f. 1. m. verbi ὑπείκω, quod vide.

Ὑπείρεχον, superabant, per Metath. pro ὑπερεῖχον, 3. pl. imperf. &

Ὑπειρέχῃ, teneat, 3. sing. opt. præs. &

Ὑπείροχος, ου, ὁ & ἡ, Ion. & Poët. pro ὑπέροχος, eximius, excellens, excellentior : ab ὑπερέχω, excello : quod ab ὑπὲρ, supra, & ἔχω, habeo, teneo.

Ὑπείσαντες, nom. pl. a. 1. part. act. ab ὑπείω, Ion. pro ὑφίημι, submitto.

Ὑπεκθέωνται, Ion. pro ὑπεκθῶνται, 3. pl. a. 2. sub. m. verbi ὑπεκτίθημι, subduco. Th. τίθημι, pono.

Ὑπεκκεῖσθαι, clam aliquo exportatum esse. Th. κεῖμαι, jaceo.

Ὑπεκκομίζεσθαι, clam exportare. Hinc ὑπεξεκομίσαντο, 3. pl. a. 1. m. ab ὑπὸ, ἐκ, & κομίζω, fero. Th. κομέω, curo.

Ὑπεκπέμπω, clam emitto, submitto. Th. πέμπω, mitto.

Ὑπεκπροθεῖ, longè præcurrit, 3. sing. præs. ind. ab

Ὑπεκπροθέω, f. ύσω, præcurro, vinco : quod ex ὑπὸ, ἐκ, πρὸ, & θέω, curro.

Ὑπεκπροφεύγω, clam profugio : ex ὑπὸ, ἐκ, πρὸ, & φεύγω, fugio : a. 2. ἔφυγον.

Ὑπεκπροφύγῃ, 3. sing. a. 2. sub. act. præc.

Ὑπεκτίθημι, clam expono. Th. τίθημι.

Ὑπεκφέρω, clam effero. Ex ὑπὸ, ἐκ, & φέρω, fero : f. οἴσω, a. 1. ἤνεγκα.

Ὑπεκφεύγοντι, Dor. pro ὑπεκφεύγουσι, clam fugiunt : &

Ὑπέκφυγε, effugisset : Ion. pro ὑπεξέφυγε, 3. sing. a. 2. ind. act. ab

Ὑπεκφεύγω, clam fugio, subterfugio : ex ὑπὸ, ἐκ, & φεύγω, fugio.

Ὑπεκχωρέω, -ῶ, ex aliquo loco me subduco : ex ὑπὸ, ἐκ, & χωρέω, co.

Ὑπέλαβον, ες, ε, suscepi, a. 2. ind. act. verbi ὑπολαμβάνω, existimo, præsumo. Th. λαμβάνω, capio : f. λήψομαι, a. 2. ἔλαβον.

Ὑπελείφθην, relictus sum : a. 1. ind. pass. verbi ὑπολείπω, relinquo : f. ψω. Th. λείπω, linquo, a. 2. ἔλιπον, p. m. λέλοιπα.

Ὑπελήφθησαν, 3. plur. a. 1. ind pass. verbi ὑπολαμβάνω, existimo. Th. λαμβάνω, capio, f. λήψομαι, p. εἴληφα, Att. εἴληφα, a. 2. ἔλαβον.

Ὑπελύσαο, dvisisti, Ion. pro ὑπελύσω, 2. sing. a. 1. m. verbi ὑπολύω. Th. λύω, solvo, f. σω, a. 1. m. ἐλυσάμην, ω, ατο.

Ὑπέμειναν, expectabant, vel sustinuerunt, 3. plur. a. 1. ind. act. verbi ὑπομένω, sustineo, a. 1. ὑπέμεινα, ας, ε. Th. μένω, maneo ; f. νῶ, p. μεμένηκα.

Ὑπέμενεν, 3. sing. imperf. act. ejusd.

Ὑπεμνήμυκε, deflexit, tristatus est : 3. sing. perf. act. pro ὑπήμυκε, verbi ὑπημύω, quod ab ὑπὸ, & ἠμύω, cado, inclino : f. ύσω. p. ἤμυκα, & Att. redupl. ἐμήμυκα, mutato η in ε, Pleonasmo Poët. τοῦ ν, ἐμνήμυκε.

Ὑπεμνήσθην, ης, η, recordatus sum, a. 1. ind. pass. verbi ὑπομιμνήσκω, in memoriam revoco, quod vide.

Ὑπεναντίος, α, ον, occultè contrarius, adversarius. Ex ὑπὸ, & ἐναντίος, pro ἀντίος, adversus. Th. ἀντὶ, pro. Hinc

Ὑπεναντίως, variè, è contrario : adv.

Ὑπένερθε, Poët. sub, subtus : ex ὑπὸ, & ἔνερθε, infra : item ἔνερθε, pro ἐνέρθεν, ab ἔνερος, mortuus. Hinc ἐνέρτερος pro ἐνερώτερος, ab ἐν, & ἔρα, in terrâ.

Ὑπενόουν, imperf. act. verbi ὑπονοέω, -ῶ, suspicor, f. ήσω. p. ὑπονενόηκα· ex ὑπὸ & νόος, νοῦς, ὁ, mens.

Ὑπεξαίρεσις, εως, ἡ, subtractio : ab

Ὑπεξαιρέω, -ῶ, f. ήσω, subtraho : ab ὑπὸ, ἐξ, & αἱρέω, capio.

Ὑπεξαίρω, idem, f. αρῶ. p. ὑπεξῆρκα, ab αἴρω, tollo.

Ὑπεξαναδύς, emersus, vel falleus emergendo : præs. vel a. 2. part. ex ὑπὸ, ἐξ, ἀνὰ, & δύω, vel δῦμι, subeo.

Ὑπέξειμι, relinquo, excedo : ab ὑπὸ & ἔξειμι, exeo. Th. εἶμι, seu εἶν, eo.

Ὑπεξερύω, subtraho : ab ὑπὸ, ἐξ, & ἐρύω, Poët. pro ἐρύω, traho.

Ὑπεξελθεῖν, a. 2. inf. act. verbi ὑπεξέρχομαι, clam egredior : ex ὑπὸ, ἐξ, & ἔρχομαι, venio, f. ἐλεύσομαι, a. 2. ἦλθον.

Ὑπεξέρχεσθαι, clam exire : ab

Ὑπεξέρχομαι, clam egredior, me subduco : vide in ὑπεξελθεῖν.

Ὑπεξέφυγε, effugit, pro quo commun. ὑπεξέφυγε, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi ὑπεκφεύγω, clam me subduco. Th. ἔχω.

Ὑπεξέφερον, ες, ε, imperf. act. verbi ὑπεκφέρω, subduco. Quod ex ὑπὸ, ἐξ, & φέρω, fero, f. οἴσω. a. 1. ἤνεγκα.

Ὑπεξῆσαν, se subduxerunt. Vide ἦσαν.

Ὑπεξήλυξε, evitavit : 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ὑπεξαλύσσω, f. ξω, quod ab ὑπὸ, ἐξ, & ἀλύσσω, f. ξω, evito, a. 1. ἤλυξα. Th. ἀλύω, idem.

Ὑπεξούσιος, ου, ὁ, filius familias, propriè qui est ὑπ' ἐξουσίᾳ, sub potestate, scil. patris, nondum mancipatus.

Ὑπεπλεύσαμεν, 1. pl. a. 1. ind. act. verbi ὑποπλέω, subnavigo, sublego. Th. πλέω, navigo, f. πλεύσω, a. 1. ἔπλευσα.

ΥΠΕ'Ρ, Poët. ὑπεὶρ, cum gen. SUPER, pro, per, propter, contra, supra, cum acc. ultra, præter, trans, per, supra, post. cum dat. rarò super. In compositione super, supra, pro, præ, trans, præter, ex, & incrementum significat.

Ὑπέρα, ας, ἡ, funis, quo antennarum cornua tenduntur & laxantur : ab ὑπὲρ & ἱεμι.

Ὑπεράγαν, adv. valdè, maximè.

Ὑπεραγαπάω

Ὑπεραγαπάω, -ῶ, f. ήσω, diamo. Th. ἀγαπάω, diligo.
Ὑπεραγόντως, valdè, adv. 2 Macch. vii. 20. ab
Ὑπεράγω, f. ξω, excello. Th. ἄγω, duco.
Ὑπεραεῖ, per Dialys. pro ὑπεραεῖ, dat. sing. ab
Ὑπεραής, έος, ὁ ϗ ἡ, desuper flans: ab ὑπὲρ & ἄω, flo, spiro.
* Ὑπεραινετός, ὴ, ὸν, maximè laudabilis: ex ὑπὲρ & αἰνετὸς, laudabilis.
Ὑπεραίρω, extollo, supra modum me effero; item antecello: f. ὑπεραρῶ. p. ὑπερῆρκα. a. 1. ὑπερῆρα. præs. pass. ὑπεραίρομαι, supra modum efferor, vel effero meipsum: a. 1. pass. ὑπερήρθην. a. 1. inf. pass. ὑπεραρθῆναι.
* Ὑπεραισχρος, ὁ, valdè deformis. Th. αἰσχρὸς, turpis.
Ὑπέρακμος, ὁ, ὁ ϗ ἡ, florem ætatis excedens: ex ὑπὲρ, super, & ἀκμὴ, cuspis; item flos ætatis.
Ὑπεράκριοι, qui loca montana incolunt. Th. ἄκρος, summus.
* Ὑπεράλλομαι, transilio: ex ἄλλομαι, salio.
Ὑπέραλλος, ὁ, ὁ ϗ ἡ, pro ἔξοχος, eximius, præstans: ex ὑπὲρ, & ἄλλος, alius.
Ὑπεράλμενον, transilientem, per Sync. pro ὑπεραλλόμενον, acc. sing. part. præs. verbi ἅλλομαι, salio.
Ὑπεράνω, & ὑπεράνωθεν, adv. cum gen. longè, suprà. Ex ὑπὲρ, & ἄνω, sursùm.
Ὑπεραπολογεῖσθαι τινος, pro ὑπὲρ τινος ἀπολογεῖσθαι, pro aliquo causam agere.
Ὑπεραρθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi ὑπεραίρω, quod vide.
Ὑπεραρρωδέω, supra modum metuo: ex ὑπὲρ & ἀρρωδέω, non metuo, qu. ex α priv. & ὀρρωδέω, metuo. Th. ὄρρος.
Ὑπερασπίζω, clypeo protego, propugno. Ex ὑπὲρ & ἀσπίζω, clypeo defendo. Th. ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus.
Ὑπερασπισμὸς, ῦ, ὁ, defensio, propugnatio: &
* Ὑπερασπιστὴρ, ῆρος, ὁ, id. quod
Ὑπερασπιστὴς, ῦ, ὁ, propugnator, protector: à perf. pass. verbi ὑπερασπίζω.
Ὑπερασπιῶ, f. 1. Att. verbi ὑπερασπίζω, q. v.
Ὑπεραυξάνω, vehementèr augesco: f. ὑπεραυξήσω. a. 1. ὑπερηύξησα· quod ex ὑπὲρ & αὐξάνω, cresco. Th. αὔξω, augeo.
Ὑπεράφανος, ω, ὁ ϗ ἁ, Dor. pro ὑπερήφανος, superbus, -a, quod vide.
Ὑπεραχθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, supra modum gravatus & onustus. ab
Ὑπεράχθομαι, iniquissimo animo fero, valdè doleo. Th. ἄχθος, εος, τὸ, pondus.
Ὑπερβαίνω, supergredior, transgredior, scando super reliquos opprimo: f. ὑπερβήσομαι. p. ὑπερβέβηκα. a. 2. ὑπερέβην, ης, η, quod ex ὑπὲρ & βαίνω, eo.
Ὑπερβάλλῃ, prætererit: 3. sing. præs. sub. act. verbi ὑπερβάλλω, quod vide.
Ὑπερβαλλόντως, adv. supra quam, valdè: ab
Ὑπερβάλλω, excello, supero: f. αλῶ. p. ηκα. p. m. ὑπερβέβολα. Th. βάλλω, jacio: f. αλω. p. βέβληκα. a. 2. ἔβαλον.
Ὑπερβασία, ας, & Ion. -ίη, ἡ, transgressio, contemptus, Poët. pro ὑπέρβασις, εως, ἡ, ab ὑπερβαίνω, transgredior. Th. βαίνω, eo, f.
βήσομαι. a. 2. ἔβην.
Ὑπέρβασις, εως, ἡ, vide præced.
Ὑπερβατὸν, ῦ, τὸ, HYPERBATON, figura, i. e. trajectus verborum ordo: &
Ὑπέρβατος, ὁ, excellens, præstantissimus: ab ὑπερβαίνω, transgredior, quod vide.
Ὑπερβῇ, Att. pro ὑπερβῇ, transgressus fuerit, 3. sing. a. 2. sub. act. verbi ὑπερβαίνω. Th. βαίνω, f. βήσομαι. a. 2. ἔβην. a. 2. sub. βῶ, ῇς, ῇ.
Ὑπερβῆναι, superare, a. 2. inf. act. &
Ὑπερβῇς, transeas, a. 2. sub. act. verbi ejusd. & Th.
Ὑπέρβιος, ὁ, violentus, omnem vim excedens, SUPERBUS. Hinc
Ὑπέρβιον, supra vires. &
Ὑπερβίως, idem. Ex ὑπὲρ, supra, & βία, ας, ἡ, vis, robur.
Ὑπερβολάδην, adv. supra modum: ab ὑπερβολὴ, ῆς, ἡ, excessus: ab ὑπὲρ & βάλλω, jacio, p. m. βέβολα.
Ὑπερβολὴ, ῆς, ἡ, exuberantia, excessus, excellentia, HYPERBOLE, figura: &
Ὑπερβολικὸς, ῦ, excedens, nimius, superans fidem: ab ὑπερβάλλω, quod vide.
Ὑπερβόρεοι, ων, οἱ, populi qui ultra Aquilonem habitant. Th. Βορέας, Boreas.
* Ὑπέρδασυν, acc. sing. ab
* Ὑπέρδασυς, -δασεῖα, -δασὺ, valdè hirsutus: à δασὺς, hirsutus.
Ὑπερδέα, per Sync. pro ὑπερδέα, accus. sing. ab
Ὑπερδεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, metu superior, qui nullo metu superatur aut frangitur, q. ab ὑπὲρ & δέος, εος, τὸ, metus. Th. δείδω, timeo.
Ὑπερδείδω, supra modum timeo. Th. δείδω, timeo.
Ὑπερδικέω, f. ήσω, causam ago pro: ab ὑπὲρ & δίκη, jus.
Ὑπέρδικον Νεμέσιν φυγεῖν, Nemesin ultricem evitare. Vide Scholia Pindar. Pythior. Od. x. 314. 4. ab
Ὑπέρδικος, supra modum justus. Th. δίκη, jus.
Ὑπερεδράμομεν, 1. pl. a. 2. ind. act. verbi ὑπερτρέχω, prætercurro. Th. τρέχω, curro, f. θρέξω. p. δεδράμηκα. a. 2. ἔδραμον. p. m. δέδρομα.
Ὑπερδυναμόω, f. ώσω. a. 1. ὑπερδυνάμωσα, præ aleo, Psalm lxv. 3. ab ὑπὲρ & δύναμαι, possum, a. 1. pass. ἐδυνάσθην.
Ὑπερέθεμην, σο, το, a. 2. m. verbi ὑπερτίθημι, supra pono. Th. τίθημι, pono, fut. θήσω, a. 2. ἔθην.
Ὑπερείδω, conniventiâ dissimulo: f. εἴσομαι. a. 2. ὑπερεῖδον. a. 2. part. act. ὑπεριδὼν, όντος· ab ὑπὲρ, & εἴδω, video, a. 2. εἶδον, & ἴδον. item confirmo, suffulcio: ab ὑπὸ & ἐρείδω, fulcio.
Ὑπερεῖσαι, a. 1. inf. act. ab ὑπερείδω, suffulcio, pro fulcimine suppono: ab ὑπὸ, sub, & ἐρείδω, fulcio.
Ὑπερέκεινα, adv. trans, cum genit. 2 Cor. x. ver. 16. idem quod ἐκεῖνα, pro ἐπὶ ἐκεῖνα, adv. loci. Interdum illic, ultrà, antè. Th. ἐκεῖνος, ille.
Ὑπερεκτείνω, extendo me ultrà quàm fas est, f. ὑπερεκτενῶ. a. 1. ὑπερεξέτεινα· quod ab ὑπὲρ, ἐκ, & τείνω, tendo.

Ὑπερεκτίνω, solvo pro : & hinc

Ὑπερέκτισις, εως, ἡ, depensio, depensus : ab ὑπὲρ, ἐκ, & τείνω, seu τίω, solvo.

Ὑπερεκχέω, super effundo : ex ὑπὲρ, ἐκ, & χέω, fundo : f. χεύσω.

Ὑπερεκχύνω, nimium effundo : f. ὑπερεκχυνῶ, p. ὑπερεκκέχυκα, sed ὑπερεκχύνομαι, superfluo : quod ex ὑπὲρ, ἐκ, & χύνω, f. χύσω. Th. χέω, fundo, f. χεύσω.

Ὑπερελθὼν, qui superavit, qui vicit : a. 2. part. act. ab ὑπὲρ, & ἔρχομαι, venio : f. ἐλεύσομαι. a. 2. ἦλθον.

Ὑπερεντυγχάνω, interpello, intercedo : ex ὑπὲρ, & ἐντυγχάνω, quod vide.

Ὑπερέξει, f. 1. m. ὑπερέχω, quod vide.

Ὑπερεξελευσόμεθα, 1. pl. f. 1. m. ab

Ὑπερεξέρχομαι, digredior : ex ὑπὲρ, ἐξ, & ἔρχομαι, venio : f. ἐλεύσομαι. a. 2. ἤλυθον, & per Syncop. ἦλθον.

Ὑπερεπαίρω, admodum effero : a. 1. ind. pass. ὑπερεπήρθην, ης, η. Quod ex ὑπὲρ, ἐπὶ, & αἴρω, tollo.

Ὑπερεπιθυμέω, admodum desidero : quod ex ὑπὲρ & ἐπιθυμέω, desidero, quod vide.

Ὑπερεπλεόνασα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ὑπερπλεονάζω, superabundo, f. άσω· ex ὑπὲρ & πλεονάζω, plus habeo : q. à πλέον, seu πλείων, amplior, compar. à πολὺς, multus.

Ὑπερέσχε, protexit, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi ὑπερέχω, emineo, præsto : ex ὑπὲρ & ἔχω, habeo : f. ἕξω, & σχήσω. p. ἔσχηκα. a. 2. ἔσχον, ες, ε.

Ὑπερεφανης, seu ὑπερήφανος, quod vide.

Ὑπερέφθιτο πατρὸς, pro δὲ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἔφθιτο, ἀπεκτάνθη, ἐφονεύθη, καὶ ἔθανεν, qui pro patre periit, ac cæsus est. Vide ἔφθιτο.

Ὑπερέχω, supereminceo, præstantior sum, supero : τὸ ὑπερέχον, eminentia, præs. part. n. g. & in pl. τὰ ὑπερέχοντα, sublimia : f. ὑπερέξω, a. 2. ὑπερέσχον q. ex ὑπὲρ, & ἔχω, habeo.

Ὑπερήδομαι, supra modum delector : ab ἡδὺς, έος, ὁ καὶ ἡ, suavis, lætus.

Ὑπερημερία, ας, ἡ, dilatio ultra præscriptum diem. &

Ὑπερήμερος, ου, præteriens diem promissum, vel condictum : ab ὑπὲρ & ἡμέρα, dies.

Ὑπερημιόλιος τῶν ἀστῶν, ultra dimidiam civium partem. Th. ἥμισυς, εος, dimidius.

Ὑπερηνορέω, ultra virium possum, superbio : ab

Ὑπερήνωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, superbus, supra modum virilis, fortis : ab ὑπὲρ & ἀνήρ.

Ὑπερῆρα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ὑπεραίρω, extollo, excedo, supero : quod ex ὑπὲρ, & αἴρω, tollo, f. ἀρῶ. a. 1. ἦρα.

Ὑπερήφανα τέκνα, superba proles. Vide ὑπερήφανος.

Ὑπερηφανία, ας, ἡ, superbia, fastus. &

Ὑπερήφανος, ου, ὁ καὶ ἡ, superbus, qui supra alios vult videri. &

Ὑπερηφανέω, superbio : ex ὑπὲρ, super, & φαίνω, appareo, ostendo. Hinc

Ὑπερηφάνως, adv. arroganter, superbè.

Ὑπερθε, seu ὕπερθεν, desuper, ... ὑπερθε βάλλειν, Poet. pro ὑψοῦν, extollere, in altum ... . Th. ὑπὲρ, super.

Ὑπερθεματίζω, licitor, licior, pretium augeo, tanq. ab ὑπέρθεμα, pretium superadditum. Th. τίθημι.

Ὑπερθεματισμὸς, licitatio, adjectio : &

Ὑπερθεματιστὴς, licitator. ab ὑπερθεματίζω.

Ὑπέρθεσις, εως, ἡ, dilatio, mora, procrastinatio : ab ὑπερτίθημι, differo. Th. τίθημι, pono.

Ὑπερθορέονται, 3. pl. præs. m. &

Ὑπέρθορον, a. 2. ind. act. verbi ὑπερθρώσκω, transilio. Th. θόρω, vel θορέω, salio.

Ὑπέρθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, magnanimus : ex ὑπὲρ, & θυμὸς, οῦ, ὁ, animus.

Ὑπερθύριον, superliminare : &

Ὑπέρθυρον, idem. Ex ὑπὲρ, super, & θύρα, janua.

Ὑπερίδης, ου, ὁ, HYPERIDES, nomen proprium.

Ὑπεριδὼν, όντος, ὁ, a. 2. part. act. verbi ὑπερείδω, conniventiâ dissimulo, quod vide.

ὙΠΕΡΙΚΟΝ, vel -ὸν, οῦ, τὸ, HYPERICUM, herba.

Ὑπερίονίδαο, gen. Æol. pro -ου, ab

Ὑπεριονίδης, ου, ὁ, nom. Patron. ab ὑπερίων.

Ὑπερίονος, gen. sing. ab

Ὑπερίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, supergrediens. Epith. Solis. q. ὑπὲρ ἰὼν, super iens. item nom. propr.

Ὑπερισχύω, vigeo, prævaleo : f. ύσω. p. -ίσχυκα· ab ἰσχύω, possum.

Ὑπέρκειμαι, superjaceo, præcedo, immineo.

Ὑπερκεράννυμι, superinfundo, f. κεράσω, p. -κεκέρακα· ex κεράννυμι, misceo.

Ὑπερκεράω, cornu circumvenio, alterum cornu hostis supero : ex ὑπὲρ & κέρας, cornu.

Ὑπερκορέσαις, exsaturaveris, 2. sing. a. 1. opt. act. verbi ὑπερκορέννυμι, f. έσω. Quod ex ὑπὲρ & κορέννυμι, id. q. κορέω, satio, f. έσω.

Ὑπερκρατέω, -ῶ, superior sum : ex κρατέω, teneo.

Ὑπερκρέμαμαι, σαι, ται, impendeo. Th. κρεμάω, seu κρεμάννυμι, suspendo, f. κρεμάσω.

Ὑπερκύδαντα, acc. sing. ab

Ὑπερκύδας, αντος, ὁ, gloriâ supereminens. Ex ὑπὲρ & κῦδος, εος, τὸ, gloria.

Ὑπερμάκης, εος, ὁ καὶ ἡ, Dor. pro ὑπερμήκης.

Ὑπερμαχέω, f. ήσω, propugno. Th. μάχομαι, pugno.

Ὑπερμεγάθεος, Ion. pro

Ὑπερμεγέθης, εος, ὁ καὶ ἡ, supra modum magnus. Ex ὑπὲρ & μέγεθος, q. à μέγα, magnus.

Ὑπερμενέος, gen. sing. ab

Ὑπερμενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, præpotens, dat. sing. ὑπερμενέϊ. Th. μένος, εος, τὸ, animus.

Ὑπερμήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, præcelsus, prælongus, ingens : à μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

Ὑπέρμορον & ὑπέρμορα, præter fatum, contra quod in fatis erat : à μοῖρα, vel μόρος, fatum. Th. μείρω, divido.

Ὑπερνικάω, -ῶ, plus quam victor sum, fut. ήσω. p. ὑπερνενίκηκα. Th. νικάω, vinco.

Ὑπερνότιοι, ων, οἱ, populi qui supra Austrum habitant. Th. νότος, ου, ὁ, Notus, Auster.

Ὑπέρογκος, ου, ὁ καὶ ἡ, prætumidus, superbus : ex ὑπὲρ, super, id est, nimis : & ὄγκος, ου, ὁ, tumor, fastus.

Ὑπεροικέω, supra habito, Vide οἰκέω. Hinc

Ὑπέροικος

Ὑπερόικιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui in superiori parte domûs domicilium seu sedes habet*: ex ὑπὲρ, & οἶκος.

Ὑπεροπλίῃ, αι, ἡ, *superbia*, dat. pl. Ion. ὑπεροπλίῃσι· ab

Ὑπέροπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, *insolens, audax, cujus robur arma superat*: ex ὑπὲρ, *super*, & ὅπλον, ου, τὸ, *arma*.

Ὑπερόπτης, ου, ὁ, *superbus*: &

Ὑπεροπτικὸς, ῦ, *qui contemnere & superbè despicari solet, superbus*. Th. ὄπτομαι, *video*.

Ὑπεροπτικῶς, *more eorum qui superbè contemnunt*: à præced.

* Ὑπερόρασις, εως, ἡ, *despectio, contemptus*.

Ὑπερoράω, *contemnor, negligo*: f. άσω, p. ὑπερεώρακα. ex Th. ὁράω, *video*.

Ὑπερορῶντας, acc. pl. part. præs. act. verbi præced.

ὙΠΕΡΟΣ, ου, ὁ, *pistillum*. Veteres mortario usu fuerunt pro molis.

Ὑπεροχὴ, ῆς, ἡ, *eminentia, excellentia*: ab ὑπερέχω, quod vide.

Ὑπερόχως, Dor. pro ὑπερόχους, *ingentes, immanes*, acc. pl. ab ὑπέροχος. Hinc

Ὑπερoχώτατα, ας, ἁ, Dor. pro ὑπεροχωτάτη, ης, ἡ, *excellentissima*, ab ὑπερέχω, q. v.

Ὑπεροψία, ας, ἡ, *despectus, contemptus*; it. *superbia*. Th. ὄπτομαι, *video*.

* Ὑπέροψις, εως, ἡ, idem.

Ὑπερπαδῆτε, Dor. pro ὑπερπηδᾶτε, *transilitis*, 2. pl. præs. ind. verbi ὑπερπηδάω, quod à πηδάω, *salto*.

Ὑπερπερισσεύω, *superabundo*: f. εύσω, a. 1. ὑπερεπερίσσευσα, præs. pass. ὑπερπερισσεύομαι, *vehementèr exundo*: cum dat. ab ὑπὲρ, & περισσὸς, *eximius, præstans*. Th. περί.

Ὑπερπερισσῶς, adv. *supra modum*, ab iisd.

Ὑπερπίμπλημαι, *super impleo*: ab ὑπὲρ, *super*, & πίμπλημι, idem quod πλήθω, *impleo*. Th. πλέος, *plenus*.

Ὑπερπίπτειν, *præterlabi*. Th. πίπτω, *cado*.

Ὑπερπλεονάζω, *superabundo, exubero*: fut. άσω, a. 1. ὑπερεπλεόνασα· ab ὑπὲρ, & πλεονάζω, *plus habeo*: hoc à πλέον, seu πλεῖον, *amplior*. Th. πολὺς, *multus*.

Ὑπερπλημμυρέω, -ῶ, -ῇς, -εῖ, *exundo*, ab ὑπὲρ, & πλημμυρίς, idem quod πλήμμη, *æstus maris accedens*. Th. πλέος, *plenus*.

Ὑπερπόντιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Poët. *transmarinus*, -*a*, ex ὑπὲρ, & πόντος, ου, ὁ, *mare*.

Ὑπέῤῥαγε, 3. sing. a. 2. ind. pass. verbi ὑποῤῥήγνυμι, *subtus rumpo*, quod ex ὑπὸ, & ῥήγνυμι, seu ῥήσσω, *frango*, f. ῥήξω, a. 2. ἔῤῥαγον, a. 2. pass. ἐῤῥάγην, p. m. ἔῤῥωγα, pro ἔῤῥηγα.

Ὑπερσυντελικὸς, ῦ, *plus quam perfectus*: ab ὑπὲρ, & συντελέω, *perficio*. Th. τέλος.

Ὑπερτάζω, *superficiarum sulcum duco*: ab ὑπέρτατος, superl. ab ὑπὲρ, *super*: comp. ὑπέρτερος.

Ὑπέρτατα, *suprema*, nom. pl. n. g. ab

Ὑπέρτατος, ου, superlat. *summus, altissimus*: item *maximus*: in comp. ὑπέρτερος, *superior*. Th. ὑπὲρ, *super*.

Ὑπερτερίης, gen. sing. Ion. ab ὑπερτερία, ας, ἡ, *storea superior*, ab eod. Th.

Ὑπέρτερος, *superior*, compar. ab ὑπὲρ, *super*, in superlat. ὑπέρτατος, *supremus*.

Ὑπερτίθεμαι, &. ὑπερτιθέμεναι, Ion. & Dor. pro ὑπερτίθεσθαι, *superponere*, præs. inf. vide τίθημι.

Ὑπερθέσθαι τι τινὶ, *aliquid alicui committere*.

* Ὑπερυμνητὸς, ῦ, ὁ καὶ ἡ, *superlaudabilis, admodùm laudabilis*.

Ὑπερυψόω, -ῶ, *in summam effero sublimitatem*, f. ώσω, p. ὑπερύψωκα, a. 1. ὑπερύψωσα, ab ὑπὲρ, *super*, & ὑψόω, *in altum tollo*. Th. ὕψος, εος, τὸ, *altitudo*.

Ὑπερφέρειν, *excellere, superare*. Th. φέρω.

* Ὑπερφερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *præcellens*: ab eod.

Ὑπερφίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, *fœdifragus, qui transgreditur jusjurandum quod per phialas factum est*: ab ὑπὲρ, *supra*, & φιάλη, *phiala, vas ex quo libamina fundebantur*. Exponitur etiam *vinosus, superbus*.

Ὑπερφιάλως, adv. *fœdifragè, superbè, arroganter*: à præced.

Ὑπερφρονέω, -ῶ, *supra modum de me sentio, insolesco*; item *suprà sapio*. Rom. xii. 3. à φρονέω, *sapio*. Th. φρὴν, *mens*.

Ὑπερφυᾶ, & -ῆ, acc. sing. ab

Ὑπερφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *naturæ modum excedens, valdè admirandus, insignis*: ab ὑπὲρ, & φυὴ, ῆς, ἡ, *natura*. Th. φύω, *gigno*.

* Ὑπερφωνέω, -ῶ, *valdè clamo*.

* Ὑπερχαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *valdè gaudens*.

* Ὑπερχέω, *effundo, supereffundo*: f. χεύσω, p. pass. ὑπερχέομαι, *exubero, supereffundor*: ex χέω, *fundo*.

Ὑπέρχομαι, *subeo*; item *obsequiosè colo*. Th. ἔρχομαι, *venio*.

* Ὑπερχύω, -ῶ *diffundo, superfundo*: fut. -χύσω. p. κέχυκα.

Ὑπερῴα, ας, ἡ, Ion. ὑπερῴη, *palatum*, quod *summum* in ore locum possidet. Th. ᾠὸν, *superior pars domûs*.

Ὑπερώησαν, *retrocesserunt*, 3. pl. a. 1. ind. act. ab ὑπερωέω, *retrocedo*: quod ab ὑπὸ, & ἐρωέω, ῶ, *fluo, recedo*.

Ὑπερώϊος, idem quod ὑπερῷος, quod vide.

Ὑπερῷον, ου, τὸ, *cænaculum*: ab

Ὑπερῷος, ου, *in superiori ædium parte existens*. Th. ᾠὸν, *superior pars domûs*.

Ὑπερώτατος, ου, *supremus*, superlat. ab ὑπὲρ, *super*, compar. ὑπερώτερος, *superior*.

Ὑπεσσεῖται, Dor. pro ὑπέσεται, *suberit*, 3. sing. f. 1. m. verbi ὕπειμι, ab εἰμὶ, *sum*.

Ὑπέσταν, Dor. pro ὑπέστην, *suscepi*, vel Bœot. Sync. pro ὑπέστησαν, 3. pl. a. 2. ind. act. verbi ὑφίστημι, *suppono, subjicio*. Th. ἵστημι, *statuo*, f. στήσω, a. 2. ἔστην.

Ὑπεσταλμένη, *subterfugerim*: a. 1. ind. m. verbi ὑποστέλλω, *subduco*. Th. στέλλω, *contraho*, f. στελῶ, a. 1. ἔστειλα.

Ὑπέστη, *pollicetur*: & in 1. pl. ὑπέστημεν, a. 2. verbi ὑφίστημι. Th. ἵστημι, *sto*.

Ὑπεστι, *subest*: 3. sing. præs. ind. verbi ὕπειμι, *subsum*. Th. εἰμὶ, *sum*.

Ὑπέστρεφε, *avertebat*: 3. sing. imperf. act. verbi ὑποστρέφω. Th. στρέφω, *verto*: fut. ψω, a. 1. ἔστρεψα, a. 2. ἔστραφον.

Ὑπέστρεψεν, 3. sing. a. 1. ind. act. ab eod. verbo & Th.

Ὑπέσχε, *sustinuit*: 3. sing. a. 2. ind. act. verbi ὑπέχω, *sustineo*. Th. ἔχω, *habeo*: f. ἕξω, a. 2. ἔσχον, &c.

Ὑπέσχετο, *promisit*: 3. sing. a. 2. ind. m. verbi ὑπισχνέομαι, -οῦμαι, *promitto*: fut. ὑποσχήσομαι, p. ὑπέσχημαι, a. 2. m. ὑπεσχόμην, ab ὑπίσχομαι, *polliceor*: hoc ab ὑπέχω, *suppono*, à Th. præced.

Ὑπέσχημαι, *pollicitus sum*: perf. pass. ὑπισχνέομαι. vide sup.

Ὑπετάγησαν, 3. pl. a. 2. ind. pass. verbi ὑποτάσσω, *subjicio*, quod vide.

Ὑπέταξεν, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ejusd.

Ὑπεύθυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *obnoxius reddendæ rationi, reus, nocens*: qui scil. ὑπ' εὐθύνῃ, ut regatur ab alio, cui rationem reddere cogatur, quod ab ὑπὸ, & εὐθύνη, *inquisitio in eos à quibus magistratûs gesti ratio deposcitur*. Th. εὐθὺς, έος, *rectus*.

Ὑπευνηθεῖσ', *congressa*: pro ὑπευνηθεῖσα, a. 1. part. pass. f. g. ab ὑπευνάω, quod ab εὐνάω, *sopio*: f. ήσω. Th. εὐνὴ, ῆς, ἡ, *cubile*.

Ὑπέφθην, a. 2. verbi ὑποφθάνω, *prævenio*. Th. φθάνω, idem, f. φθάσω, a. 2. ἔφθην, à φθῆμι, a. 2. part. m. φθάμενος.

Ὑπέχω, *sustineo*: cum acc. f. ὑφέξω, a. 2. ind. ὑπέσχον, ες, ε, præs. part. ὑπέχων, ουσα, ον. Th. ἔχω, *habeo*.

Ὑπήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, *obediens*: ab ὑπακούω, *obedio*. Th. ἀκούω, *audio*: f. σω, p. ἤκουκα, p. m. ἤκοα, & Att. ἀκήκοα.

Ὑπήκουον, imperf. act. verbi ὑπακούω, *obedio*. f. σω, a. 1. ὑπήκουσα, ας, ε, & in 2. pl. ὑπηκούσατε, ab eod. verbo.

Ὑπηκούσατε, 2. pl. ὑπήκουσε, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd. verbi.

Ὑπήνεικαν, *subduxerunt*: Poët. pro ὑπήνεγκαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi ὑποφέρω, *subduco*. Th. φέρω, *fero*: a. 1. ἤνεικα, pro ἤνεγκα.

Ὑπηνέμιος, ου, *qui est sub vento positus*. Th. ἄνεμος, *ventus*. Poët. ἤνεμος.

ὙΠΗ'ΝΗ, ης, ἡ, *barba, pili circa labia*.

Ὑπηνήτης, ου, ὁ, *juvenis pubescens*: à præc.

Ὑπήντησα, ας, ε, & in 3. pl. ὑπήντησαν, a. 1. ind. act. verbi ὑπαντάω, *occurro*, fut. ήσω, p. ὑπήντηκα.

Ὑπηντίασε, *obviàm processit*: 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ὑπαντιάω, quod vide.

Ὑπηργμένος, ου, *qui fuit*: p. part. pass. verbi ὑπάρχω, *sum*: f. ξω, p. pass. ὕπηργμαι. Th. ἀρχὴ, ῆς, ἡ, *initium*.

Ὑπηρεσία, ας, ἡ, *ministerium*: ab ἐρεσία, seu εἰρεσία, *remigatio*. Th. ἐρέσσω, vel -ττω, *remigo*: f. ἐρέσω, p. ἤρεκα, p. pass. ἤρεμαι, σαι, ται.

Ὑπηρετεῖτο, 3. sing. imperf. pass. ab

Ὑπηρετέω, -ῶ, *servio, ministro*: cum dat. f. ήσω, p. ὑπηρέτηκα, a. 1. ὑπηρέτησα. ab ὑπηρέτης.

✱ Ὑπηρέτημα, & ὑπηρέτησις, *ministerium*. à præced.

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, *remex*, propriè, sed per Synec. speciei, quilibet *minister, famulus*: ab ὑπὸ, & ἐρέτης, ου, ὁ, *remex*. Th. ἐρέσσω, vel -ττω.

Ὑπηρετησάμην, ω, ατο, a. 1. m. verbi ὑπηρετέω, quod vide.

✱ Ὑπηρετικὸς, *servilis, ministerialis*.

Ὑπῆρμαι, p. pass. verbi ὑπαίρω, *attollo*: qu. ex ὑπὸ, & αἴρω, *tollo*: f. ἀρῶ, p. ἦρκα, a. 1. ἦρα, a. 1. pass. ἤρθην.

Ὑπῆρξα, *extiti*: a. 1. ind. act. verbi ὑπάρχω, *sum*: f. ξω, p. ὑπῆρχα. Th. ἀρχὴ, *initium*.

Ὑπῆρχα, ας, ε, *extiti*: p. ind. act. &

Ὑπῆρχον, ες, ε, imperf. verbi ὑπάρχω. Vide in ὑπῆρξα.

Ὑπῆσαν, *prominebant*: 3. pl. imperf. verbi ὕπειμι, *subsum*. Th. εἰμὶ, *sum*.

Ὑπίεσαν, Ion. pro ὑφίεσαν, f. 1. ind. ab ὑφίημι, *submitto*. Th. ἵημι, *mitto*: f. ἥσω.

Ὑπίεσθαι, Ion. pro ὑφίεσθαι, *remittere*: ab eod. Th.

Ὑπίλλω, *claudo*: ab ἴλλω, *claudo, stringo, oculis conniveo*. Th. ἴλλος, ου, ὁ, *oculus*.

Ὑπίστασθαι, Ion. pro ὑφίστασθαι, *subsidere, subesse*. Th. ἵστημι, *sto*.

Ὑπισχνέομαι, -οῦμαι, *polliceor, promitto*: f. ὑποσχήσομαι, p. pass. ὑπέσχημαι, a. 1. ὑπεσχέθην, a. 2. m. ὑπεσχόμην, ab ὑπίσχομαι, & hoc ex ὑπὸ, & ἴσχω, pro ἔχω, *teneo*.

Ὑπίσχομαι, Ion. pro præced. quod vide.

Ὑπναλέος, ου, *somno gravatus, somnolentus*. Th. ὕπνος.

Ὑπνάω, *dormio, somnum capio*. ab

ὝΠΝΟΣ, ου, ὁ, *SOMNUS*: qu. ab ὑποπνεῖν, *leniter spirare*.

Ὑπνοῦντα, acc. sing. præs. part. act. verbi ὑπνόω, *sopio*. à præced.

Ὑπνόω, *dormio*; item *somnum affero, somnum concilio*. ab eod. Th.

Ὕπνω, Dor. pro ὕπνου, *somni*. ab ὕπνος.

Ὑπνώοντας, Ion. & Poët. pro ὑπνοῦντας, acc. pl. part. præs. verbi ὑπνόω, *dormio*. ab eod. Th.

ὙΠΟ', (Poët. ὑπαὶ) cum gen. juncta verbis passivis & neutris, *à, ab, ex*. Cum dat. & acc. *SUB, subter*. In compositione etiam *submissionem & diminutionem* significat. ὑπὸ κέρδει βάλλειν ἑαυτὸν, *se quasi subjicere, lucro servire*.

Ὑποβάλλω, *subjicio*, seu *suborno*: f. αλῶ, p. ὑποβέβληκα, a. 2. ὑπέβαλον. Th. βάλλω.

Ὑποβὰς, ᾶσα, ὰν, a. 2. part. act. verbi ὑποβαίνω, *progredior*. Th. βαίνω, ω: fut. βήσομαι, a. 2. ἔβην.

Ὑποβλέπω, *dejectis oculis aspicio, limis intueor, suspicor*. Th. βλέπω, *video*: f. ψω.

Ὑποβλήδην, adv. *subjiciendo*, vel *interpellato sermone excipiendo verba dicentis nondum finita*: ab ὑποβάλλω, quod vide.

Ὑποβρυχία, acc. sing. ab ὑποβρύχιος, *aquis submersus*: Alii legunt ὑπὸ βρυχίη. Th. βρύχω, f. ξω, *strideo*: vel potiùs à βρέχω, *madefacio*.

✱ Ὑπόγαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *subterraneus*. Th. γαῖα.

Ὑπογάστριον, *subventrale*. Th. γαστὴρ, *venter*.

Ὑπογραμμὸς, οῦ, ὁ, *exemplar*: 1 Pet. 2. 21. ab ὑπὸ, & γράφω, *scribo*: fut. ψω, p. pass. γέγραμμαι.

✱ Ὑπογράφω, *subscribo, assentior, describo ruditèr*. f. ψω, p. pass. ὑπογέγραμμαι.

Ὑπόγυιον, & ὑπόγυον, adv. *nuper, ex tempore*: ἐξ ὑπογυίου, *subitò*. ὑπογυίως, *nupèr*. Th. γυῖον, ου, τὸ, *membrum*, pl. γυῖα, *pedes*.

Ὑπόγυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, & ὑπόγυος, *qui jam quasi in manibus est, instans*: item *recens*. Vide præced.

Ὑποδδείσας, *subveritus* : a. 1. part. act. genit. δ, verbi ὑποδείδω, quod vide.

Ὑποδέδεκται, 3. sing. p. pass. verbi ὑποδέχομαι, *excipio*, quod vide.

Ὑποδεδεμένες, acc. pl. p. pass. verbi ὑποδέω, *subligo*, quod vide.

Ὑποδεής, *subtimidus*, *subnixus*; *humilis* : ὑποδεέστερος, ε, *inferior* : ex ὑπὸ, & δέος, εος, τὸ, *metus*. Th. δείδω, *timeo*.

Ὑπόδειγμα, ατος, τὸ, *exemplum*, *exemplar* : ab ὑποδείκνυμι, *indico*, quod vide.

Ὑποδείδω, *subvereor*, *aliquantulum metuo*; it. simpl. *metuo*. Th. δείδω, f, σω, *timeo*.

Ὑποδείκνυ, per Apoc. pro ὑποδείκνυμι, 3. sing. præs. ind. act. Sunt qui velint esse præs. imperat. ab

Ὑποδείκνυμι, *præmonstro*, *indico* : f. δείξω, a. 1. ὑπέδειξα, pret. χα, perf. pass. -δέδειγμαι, ξαι, κται. Th. δείκνυμι, seu δεικνύω, *ostendo*, f. ξω.

Ὑποδειμαίνω. Vide δειμαίνω, *timeo*. Th. δείδω, idem.

Ὑποδεῖξαι, a. 1. inf. act. ὑποδείξῃ, 3. sing. a. 1. sub. &

Ὑποδείξας, αντος, a. 1. part. act. verbi ὑποδείκνυμι, quod vide.

Ὑποδείξω, f. 1. ind. act. ejusd. verbi.

Ὑποδέκεσθαι, Ion. pro ὑποδέχεσθαι, *suscipere*. Vide ὑποδέχομαι.

Ὑποδέξαι, Ion. pro ὑποδέξαι, quod vide. Sic ὑποδέξω pro -δέξω.

Ὑποδεξίη, ας, & Ion. -η, ης, ἡ, *apparatus quo quis excipitur*; *commoditas excipiendi* : ab ὑποδέχομαι, *excipio*. Th. δέχομαι, *capio* : f. ξομαι.

Ὑποδεξίη, ης, ἡ, *susceptio*, Ion. pro præced.

Ὑποδέξιος, ε, *susceptor*, *capax*, *opportunus* : ab

Ὑποδέχομαι, *excipio* : f. δέξομαι, p. pass. δέδεγμαι, *excepi* : a. 1. m. ὑποδεξάμην, ω, ατο. Th. δέχομαι, *capio*.

Ὑποδέω, *subligo*, *sub pedibus talaria ligo*, *calceo* : f. δήσω, p. -δέδεκα, & -κα, præs. pass. ὑποδέομαι, *calceor*, vel *calceo me* : p. pass. -δέδεμαι, perf. part. -δεδεμένος, η, ον, a. 1. m. ὑπεδησάμην, ω, ατο, a. 1. imperat. m. ὑπόδησαι ex ὑπὸ, & δέω, *ligo*.

Ὑπόδημα, ατος, τὸ, *calceamentum*, *solea* : à præced. verbo.

Ὑπὸ δ' ᾕρεεν, pro ὑφῄρεόν δε, imperf. ab ὑφαιρέω, *subduco*. Th. αἱρέω, *capio* : fut. ήσω, p. ᾕρηκα, a. 2. εἷλεν.

Ὑπόδησαι, a. 1. imperat. m. verbi ὑποδέω, *subligo*, quod vide.

Ὑποδιδάσκω, *subdoceo*, f. -δάξω, p. ὑποδεδίδαχα. Th. διδάσκω, *doceo*.

Ὑπόδικος, ε, ὁ & ἡ, *obnoxius*, -*a* : cum dat. q. d. ὁ ὑπὸ δίκην, (scil. ὤν, *qui subest pœnæ*.

Ὑποδμηθεῖσα, *subjugata* : a. 1. part. pass. f. g. verbi ὑποδμάομαι, f. ήσομαι, p. δέδμημαι, a. 1. pass. ὑπεδμήθην ex ὑπὸ, & δαμάω, *domo*, per Syncop. δμάω.

Ὑποδοχή, ῆς, ἡ, *convivium* : ab ὑποδέχομαι, *excipio convivio*. Th. δέχομαι, *capio*.

Ὑπόδρα, adv. *torvè*, qu. ὑπόδρα, ab ὑποδράω, *torvè aspicio*, per Pleonasm. τῶ δε. Th. ὁράω, vel ut alii volunt, δέρκω, *video*.

Ὑποδραμών, όντος, a. 2. part. act. verbi ὑποτρέχω, *cursu comprehendo*, *suffugio*. Th. τρέχω, *curro* : f. θρέξω, a. 2. ἔδραμον.

Ὑποδρήσσειν, *administrare* : f. 1. infin. act. verbi ὑποδράω. Th. δράω, -ῶ, *facio*.

Ὑποδρηστήρ, ῆρος, ὁ, *famulus*, *minister* : à δρηστήρ, idem, Ion. pro δραστήρ, quod à δράω, *famulor*.

Ὑπόδροσος, ε, ὁ & ἡ, *subroscidus*. Th. δρόσος, ε, ἡ, *ros*.

Ὑποδρώωσι, *inserviunt* : Poët. pro ὑποδρῶσι, 3. pl. præs. ind. verbi ὑποδράω. Th. δράω.

Ὑποδῦσαι, *suscipere*, a. 1. inf. act. verbi ὑποδύω, *subeo*.

Ὑποδύτης, ε, ὁ, *subucula*, *vestis interior* : ab

Ὑποδύω, *subeo*. Th. δύω, *subeo*.

Ὑποείκω, Poët. pro ὑπείκω, *assimulo*, *morem*, *gero*, *cedo*. Th. εἴκω, *cedo*.

Ὑποεργός, Poët. pro ὑπουργὸς, ῦ, ὁ & ἡ, *adjutor*, *minister*. Th. ἔργον, ε, τὸ, *opus*.

Ὑποζάκορος, ε, ὁ & ἡ, *minister* : ex ὑπὸ, & ζα, intensiva partic. & κορέω, *verro*, *purgo*.

Ὑποζεύγνυμι, vel -ύω, *subjugo*, *subjicio*. Th. ζευγνύμι, *jungo*. f. ξω.

Ὑποζύγιος, & ὑπόζυγος, ε, ὁ & ἡ, *subjugis* : &

Ὑποζύγιον, τὸ, *jumentum subjuge*, *asina subjugis* : ex ὑπὸ, & ζυγὸς, *jugum*. ab eod. Th.

Ὑποζώννυμι, *succingo* : præs. part. ὑποζωννὺς, ὕντος, in f. g. ῦσα, in neut. ὺν, ὕντος, f. ζώσω, p. ἔζωκα. ex ὑπὸ, & ζωννύω, vel ζώννυμι, *cingo*.

Ὑπόθεμα, ατος, τὸ, *fundamentum suppositum* : ab ὑποτίθημι.

Ὑποθερμαίνω, *subcalefacio*, & ὑποθερμαίνομαι, *incalesco* : à θερμαίνω, idem quod Th. *calefacio*.

Ὑποθέσθαι, a. 2. inf. m. verbi ὑποτίθημι, *suppono*. Th. τίθημι, *pono* : a. 2. m. ἐθέμην, σο, το.

Ὑπόθεσις, εως, ἡ, *suppositio*, *quæstio proposita*, *legis casus*, *argumentum*, *caput causæ* : dat. pl. ὑποθέσεσι. ex iisd.

Ὑπόθευ, *suggere*, *da consilium* : a. 2. imperat. m. Dor. pro ὑπόθεσο, Ion. -εο, Att. -ου, quod ex iisd.

Ὑποθεύσομαι, f. 1. m. verbi ὑποθέω, *cursu subeo*. Vide θέω, *curro*.

Ὑποθῆκαι, αἱ, *præcepta*, *admonitiones* : ab

Ὑποθήκη, ης, ἡ, *suppositio*, *argumentum* : ab ὑποτίθημι, *suppono*. Th. τίθημι.

Ὑποθημοσύνη, ης, ἡ, *præceptum*, *admonitio* : ex iisd.

Ὑποθήσομαι, *præcepta dabo* : f. 1. m. à præced.

Ὑποθραύω, *occultè saucio*. Vide θραύω, *ferio*.

Ὑποθυμιάδες, αν, αἱ; Alcæus 145. 2. Scribitur & ὑποθυμιάδες. Vide ὑποθυμίδες.

Ὑποθυμιάομαι, -ῶμαι, præs. pass. & ὑποθυμιώμενος, η, ον, *suffitus*, part. præs. pass. ab

Ὑποθυμιάω, *suffio*, *odores incedo* : ex ὑπὸ, & θυμιάω, *suffio*.

Ὑποθυμίδες, vel ὑποθυμιάδες, *coronæ de cervice pensiles* : à præced.

Ὑποθωπεύω, *adulor*, *subblandior* : ex ὑπὸ, & θωπεύω, idem quod θώπτω, *assentor*.

Ὑποισίω,

Ὑποιστέον, *ferre oportet*, *subeundum*: verbale ab ὑποφέρω, *suffero*. Th. φέρω, *fero*: f. οἴσω. a. 1. ἤνεγκα.

Ὑποκαίω, *succendo*. Th. καίω, *uro*: fut. καύσω.

Ὑποκάρδιος, ε, ὁ ϗ ἡ, *qui est sub corde*. Th. καρδία, *cor*.

Ὑποκάτω, *sub*: adv. ex ὑπὸ & κάτω, *deorsum*, adv. cum gen.

Ὑποκάτωθεν, adv. *infernè*.

Ὑπόκειμαι, σαι, ται, *subjaceo*, *subjectus sum*, *constituor*: præs. part. ὑποκείμενος, η, ον, *subjectus*, *substractus*: f. 1. m. ὑποκείσομαι, η, εται. Th. κεῖμαι, *jaceo*.

Ὑποκεντῶ, *suppungo*, *pungo*. Th. κεντέω, *pungo*.

Ὑποκινέω, *commoveo*. Th. κινέω, *moveo*.

Ὑποκλέπτουσα, *abscondens*: præs. part. f. g. ab

Ὑποκλέπτω, *suffuror*; item *occulo*, *prætexo*, *fallo*, *dissimulo*. Th. κλέπτω, *furor*: f. ψω. a. 2. ἔκλαπον. p. m. κέκλοφα.

Ὑποκλιθεὶς, έντος, a. 1. part. paff. verbi ὑποκλίνω, *inclino*. Th. κλίνω, *reclino*: f. νῶ. p. κέκλικα.

Ὑποκλινόμενος, præf. part. paff. verbi ejusd.

Ὑποκλοπέω, -ῶ, id. q. ὑποκλέπτω, q. v.

Ὑπόκλυσις, *subluvies*, id est, *fordes quæ subtùs ex fundo luuntur*: ὑποκλύζω, *subluo*, *proluo*. Th. κλύζω, *oleo*.

Ὑποκοίλιον, ε, τὸ, *sumen subventrale*: qu. ὑπὸ κοιλίαν. Th. κοιλία, ας, ἡ, *venter*.

Ὑποκόλπιος, ε, ὁ, *qui est in sinu*. Th. κόλπος, *sinus*.

Ὑποκορίζομαι, *blandè appello*: puto ferè ut κόρον, vel κόρην, *puellarem* ætatem *blandis* verbis solemus tractare; item *extenuo*, *innuo*. Th. κορέω.

Ὑποκρέκειν, Poët. pro συμφωνεῖν, *congruere*, *convenire*, *similem esse*: ex ὑπὸ, & κρέκω, *pectine* seu *radio pulso*.

Ὑποκρητηρίδιον, ε, τὸ, *vas in quo aliquid tutò collocatur*: à κρατήρ.

Ὑποκρίνομαι, *simulo*, in malam ferè partem, *respondeo*: f. κρινοῦμαι. perf. paff. κέκριμαι, σαι, ται. a. 1. paff. ὑπεκρίθην, ης, η, a. 1. med. ὑπεκρινάμην, ω, ατο. Th. κρίνω, *judico*.

Ὑπόκρισις, εως. ἡ, *simulatio*, *HYPOCRISIS*: Angl. Hypocrisy, ab ὑποκρίνομαι, quod vide.

Ὑποκριτὴς, οῦ, ὁ, propriè *histrio*, *personam aliquam fabulâ sustinens*; *HYPOCRITA*, *simulator*, cujus cor non est rectum coram Domino. Angl. Hypocrite. In voc. ὦ ὑποκριτά. ab eod. verbo & Th.

Ὑποκρύπτω, *occultè condo*, *clanculùm repono*; item *dissimulo*, *celo*, *subticeo*. Th. κρύπτω, *abscondo*. f. ψω.

Ὑπόκρυφα, Poët. pro ὑποκρύφως, ϗ λαθραίως, *clam*, *occultè*: à præced.

Ὑπόκυκλος, ε, ὁ ϗ ἡ, *subtus rotundus*, *aliquantùm rotundus*. Th. κύκλος, *circulus*.

Ὑποκύπτω, *succumbo*, *submitto me alicui*. Th. κύπτω.

Ὑποκυσαμένη, ης, ἡ, *prægnans*, *gravida facta*: a. 1. part. m. (gem. σ, metri gratiâ) verbi ὑποκύομαι, *fio gravida*. Th. κύω, *in utero gesto*: f. σω.

Ὑπολάβῃ, 2. sing. a. 2. sub. & Ὑπολαβὼν, όντος, in f. g. ὑπολαβοῦσα. a. 2. part. act. verbi ὑπολαμβάνω, quod vide.

Ὑπολαὶς, seu ὑπολαιὶς, *curruca*, avis quæ ὑπὸ τοὺς λάας, id est, *sub lapidibus*, vermiculos inquirens.

Ὑπολαμβάνω, *existimo*, *præsumo*: f. λήψομαι. p. ὑπείληφα. a. 2. ὑπέλαβον, ες, ε, *suscepi*, a. 2. part. ὑπολαβὼν, όντος, *excipiens*, seu *respondens*. Th. λαμβάνω, *capio*.

Ὑπολαμπὲς, n. g. ab

Ὑπολαμπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *sublucidus*: ab

Ὑπολάμπω, *illucesco*, *luceo*. Th. λάμπω, *luceo*: f. ψω.

Ὑπόλειμμα, ατος, τὸ, *residuum*, *reliquiæ*, à p. paff. verbi

Ὑπολείπω, *relinquo*, *reliquum facio*: f. ψω. perf. ὑπολέλειφα. perf. paff. ὑπολέλειμμαι. a. 1. paff. ὑπελείφθην, *relictus sum*: præt. med. ὑπολέλοιπα, a. 2. m. ὑπελιπόμην. Th. λείπω, *linquo*.

Ὑπολειφθῆναι, a. 1. inf. paff. ὑπολειφθεὶς, έντος, a. 1. part. paff. verbi præced.

Ὑπολέλειπτο, an legend. ὑπελέλειπτο, 3. sing. p. plusq. paff. verbi ὑπολείπω, *relinquo*, quod vide. Gen. xxvii. 36.

Ὑπολευκαίνω, *album reddo*. ὑπολευκαίνομαι, *albesco*: in 3. pl. ὑπολευκαίνονται, à λευκαίνω, *dealbo*. Th. λευκὸς, ῆ, *albus*.

Ὑπολήνιον, ε, τὸ, *vas*, *quod τῷ ληνῷ*, i. e. *torculari subjacet*, & in quod mustum expressum defluit; item *lacus in torculari*: quod ex ὑπὸ, *sub*, & ληνὸς, ῦ, ὁ, *lacus torcularii preli*.

Ὑπόληψις, εως, ἡ, *responsio*, *suspicio*, *opinio*: ab ὑπολαμβάνω quod vide.

Ὑπολίζων, compar. *aliquantò minor*: ab ὀλίζων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *parvus*. Th. ὀλίγος, id.

Ὑπολιμπάνω, *relinquo*: id. cum ὑπολείπω.

Ὑπόλοιπον, n. g. ab

Ὑπόλοιπος, ε, ὁ ϗ ἡ, *reliquus*, *restans*: ab ὑπολείπω, quod vide.

Ὑπόλυσις, εως, ἡ, *solutio*: ab

Ὑπολύω, *subter volvo*, de calceis dict. item *solvo*, *libero*. Th. λύω, *solvo*: f. σω.

ΥΠΟΛΑΙ'Σ, & ὑπολαὶς, *curruca*, avis. Vide ὑπολαὶς.

Ὑπομαζοὶ, ῶν, οἱ, *loca quæ sunt sub mammis*: à μαζὸς, ῦ, ὁ, *mamma*.

Ὑπόμαξον, a. 1. imperat. verbi ὑπομάσσω, vel -ττω, *subigo*, *agito*: f. ξω. p. χα. Th. μάσσω, idem.

Ὑπομαργότερος, ε, *subinsanus*. Th. μάργος, ε, *insanus*.

Ὑπομάσχαλον, *lateralium*, Gloff. puto *laterale tegumentum sub μασχάλῃ*.

Ὑπόμαυρος, *obscurus*, *sublucidus*: à μαυρὸς, per Aphær. pro ἀμαυρὸς, ῦ, *obscurus*, *qui non benè videtur*.

Ὑπομείνας, αντος, a. 1. part. act. ab

Ὑπομεμενηκότα, acc. sing. p. part. act. ab

Ὑπομένω, *sustineo*, *tolero*, *exspecto*, *perfero*: cum acc. sine casu, *persevero*, f. μενῶ. p. μεμένηκα. p. part. act. μεμενηκὼς, ότος. a. 1. ind. act. ὑπέμεινα, *remansi*; it. cum acc. *sustinui*, p. m. ὑπομέμονα. Th. μένω, *maneo*.

Ὑπομιμνάσκω, Dor. pro

Ὑπομιμνήσκω, *in memoriam revoco* : præs. imperat. μίμνησκε, -έτω, *suggere*. 2. sing. præs. sub. μιμνήσκῃς. f. μνήσω, *memoriam refricabo*. a. 1. ὑπέμνησα, ας, ε. a. 1. inf. act. μνῆσαι. perf. ind. act. μέμνηκα. perf. pass. μέμνημαι, σαι, ται, a. 1. ind. pass. ὑπεμνήσθην ex ὑπὸ, & μιμνήσκω, idem quod Th. μνάομαι, *recordor, commemoro* : f. μνήσομαι.

Ὑπόμνημα, ατος, τὸ, *admonitio, monumentum* : ex præced.

Ὑπομνηματίζω, *monumentis mando* : *commemoror*, f. ίσω, p. -τικα, pass. -μάτισμαι unde

Ὑπομνηματισμὸς, οῦ, ὁ, *decretum, commentum, commentarium*.

Ὑπομνηματογράφος, ου, ὁ, *commentariorum scriptor*.

Ὑπομνῆσαι, *in mentem revocare* : a. 1. inf. act. verbi ὑπομιμνήσκω, quod vide.

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, *recordatio, commonefactio* : ab eod. verbo.

Ὑπομνήσω, f. 1. ind. act. à verbo præced.

Ὑπομονὴ, ῆς, ἡ, *patientia, tolerantia, exspectatio* : ab ὑπομένω, quod vide.

Ὑπόμυξις, τὸ μέσον τῶν μυκτήρων, *cartilago*, Gl. quia ὑπὸ μύξα.

Ὑπονοέω, -ῶ, *suspicor*, imperf. act. ὑπενόεον, -ουν, p. νενόηκα. ex ὑπὸ, & νοέω, *intelligo*. Th. νόος, -οῦς, ὁ, *mens, animus*.

Ὑπονόημα, ατος, τὸ, *conceptus, suspicio*.

Ὑπονοθεύω, *adultero, decipio*.

Ὑπόνοια, ας, ἡ, *suspicio*. Th. νόος.

Ὑπόνομος, *amara, cloaca, cuniculus*. ἀμάρα, passim exponitur *cloaca*, apud Joseph. ὑπόνομος, propriè *occultè depascens* : ex ὑπὸ, & νέμω, *depascor* ut ἕλκος ὑπόνομον.

Ὑπονύσσω, *pungo, conficio*, f. ξω, p. ὑπονένυχα.

Ὑποπεπτηῶτες, *perculsi* p. part. act. nom. pl. verbi ὑποπλήσσω, quod à πλήσσω, *expavesco* f. ξω. p. πέπληχα. p. part. act. πεπληχὼς, & per Crasin. Ion. πεπληὼς, ότος, & in pl. οἱ πεπληότες, & Ectasi Poëticâ πεπληῶτες Th. πτοέω, *terrefacio*.

Ὑπόπετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *saxosus*. Th. πέτρα.

Ὑποπιάζω, *supprimo* : Dor. pro πιέζω, *digitis premo, premo*.

Ὑποπίπτω, *decido, me submitto*. Th. πίπτω, *cado* : f. 2. m. πεσοῦμαι. p. act. πέπτωκα a. 2. act. ἔπεσον.

Ὑπόπλακος & ὑποπλάκιος, *planitiei subjacens*, id est, *planus, campestris* : à πλὰξ, ακὸς, ἡ, *tabula, planities*. Th. πλατὺς, *latus*.

Ὑποπλέω, *subnavigo, sublego* : f. εύσω. a. 1. ὑπέπλευσα. Th. πλέω, *navigo* : f. εύσω.

Ὑποπνεύσαντος gen. sing. a. 1. part. act. ab

Ὑποπνέω, *aliquantùm spiro, adspiro* : fut. εύσω. perf. ὑποπέπνευκα. a. 1. ὑπέπνευσα. Th. πνέω, *spiro*

Ὑποπόδιον, ου, τὸ, *scabellum* : q. d. ὑπὸ τοῖς ποσὶ, *sub pedibus*. Th. ποῦς, *pes*.

Ὑπόπορτις, *quæ liberos habet* : à πόρτις, ιος, ἡ, *vitula*.

Ὑποπρήθω, *succendo*. Th. πρήθω, *incendo*.

Ὑπόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, *alatus*. Th πτερὸν, *ala*.

Ὑποπταίνησι, Dor. pro ὑποπτεύῃ, *suspicetur*, 3. sing. præs. &

Ὑποπτεύοντες, nom. pl. part. præs. ab

Ὑποπτεύω, *suspicor* : ex ὑπὸ, & i muf. ὀπτεύω, *inspicio*. Th. ὄπτομαι, *video*.

Ὕποπτος, *suspectus* : ab eod.

Ὑπόπτωσις, εως, ἡ, *humiliatio*, ab ὑποπίπτω, *humilio*, quod vide.

Ὑποῤῥάπτω, *consuo, compono*, f. ψω, p. ὑπέῤῥαφα.

Ὑπόῤῥινον, ου, τὸ, *barba, quæ sub naribus nascitur* : Lat. *mustax*. Th. ῥὶν, ἡ, *nasus*.

Ὑποσεισθεὶς, ένος, a. 1. part. pass. ab

Ὑποσείω, *succutio, concutio*. Th. σείω, *quatio, moveo*.

Ὑποσευόμενος, ου, *irruens* : præs. part. pass. ab

Ὑποσεύω, *irruo* : à σεύω, *agito*. Th. σείω, idem.

Ὑποσημαίνω, *subsignifico, indico* : *præsignifico*. f. ανῶ, p. -σεσήμαγκα.

Ὑποσκάπτω, *suffodio*, f. ψω. p. ὑπέσκαφα.

Ὑποσκεδάζω, *dissipo*.

Ὑποσκελίζω, *supplanto*, f. ίσω. Hinc

Ὑποσκέλισμα, ατος, τὸ, *ruina, lapsus*.

Ὑποσκελισμὸς, οῦ, ὁ, *supplantatio*.

Ὑποσπάω, *divello, subtraho*, f. άσω ex σπάω, *traho*.

Ὑποσταίην, ης, η, *permitterem* : a. 2. opt. act. &

Ὑποστὰς, άντος, a. 2. part. act. verbi ὑφίστημι, *subjicio, substituo*. Th. ἵστημι, *sto* : f. στήσω. a. 2. ἔστην.

Ὑποστάσαντι, *supponentes* : Dor. pro ὑποστήσαντες, nom. pl. a. 1. part. ab ab ὑφίστημι *subjicio* : quod ab ὑπὸ, & ἵστημι, *sto* : f. στήσω.

Ὑπόστασις, εως, ἡ, *persona*. hoc est, ὑφιστάμενον νοερὸν, *res per se subsistens, intelligens, confidentia, subsistentia* : ab ὑφίσταμαι, *subsisto* ; ex eod. Th.

Ὑποστέλλω, *subterfugio, subticeo* ; *aliquid ex parte dissimulo* ; item *subduco me, contraho* ; imperf. ὑπέστελλον, ες, ε, fut. στελῶ. perf. ὑπέσταλκα. a. 1. ὑπέστειλα. a. 1. m. ὑπεστειλάμην, ω, ατο, *suppressi, detrectavi*. a. 1. sub. m. ὑποστείλωμαι, ῃ, ηται, *subducam*. p. m. ὑπέστολα. Th. στέλλω, *mitto*.

Ὑπόστημα, ατος, τὸ, *fulcrum* : ab

Ὑποστῆναι, a. 2. infin. act. &

Ὑποστήσομαι, ῃ, εται, f. 1. m. verbi ὑφίστημι, *excello, subjicio*. Th. ἵστημι, *statuo* : f. στήσω.

Ὑποστήριγμα, ατος, τὸ, *fulcrum* : ab

Ὑποστηρίζω, *suffulcio*, f. ίσω ex στηρίζω, *statuo*.

Ὑποστήτω, *subjiciatur* : 3. sing. a. 2. imperat. act. verbi ὑφίστημι.

Ὑποστολὴ, ῆς, ἡ, *subductio* : ab ὑποστέλλω, quod vide.

Ὑποστεναχίζω, *subingemisco* : à στεναχίζω, id. q. στένω, *ingemisco* ; q. ex Th. στενὸς, *angustus*.

Ὑποστράτηγος, ου, ὁ, *dux secundarum partium*.

Ὑποστρέφω, *revertor* : præs. imperat. ὑπόστρεφε, -έτω. imperf. ὑπέστρεφον, ες, ε. fut. ψω. a. 1. ὑπέστρεψα, ας, ε. a. 1. infin. act. ὑποστρέψαι. a. 1. part. act. ὑποστρέψας, ασα, αν. Th. στρέφω, *verto*.

Ὑπο-

Hhhh

Ὑποςροφὴ, ῆς, ἡ, *reditus, conversio* : ab ὑποςρέφω, quod vide.

Ὑποςρωννύω, vel -υμι, *substerno* : imperf. ὑπεςρώννυον, ες, ε, f. ώσω. p. ὑπέςρωκα. a. 1. ὑπέςρωσα, part. præſ. act. ὑποςρωννύμενος, η, ον, *substratus* : ex ὑπὸ, & ςρωννύω, id. quod Th. ςορέω, *sterno* : f. έσω.

Ὑποςρώσας, αντος, a. 1. part. act. verbi præced.

● Ὑποσχάζω, *subverto* : ex ὑπὸ, & σχάζω.

Ὑποσχέθω, idem quod ὑπέχω, *porrigo, subtus teneo*, &c. Th. ἔχω, *habeo*.

Ὑπόσχεο, *promitte* : Ion. pro ὑπόσχου, a. 2. imperat. m. verbi ὑπισχνέομαι, *promitto* : f. ύσομαι. p. ὑπέσχημαι. a. 2. m. ὑπεσχόμην. quod ab ὑπίσχομαι, idem. hoc ab ὑπέχω, *suppono, sustineo*. Th. ἔχω, *habeo*.

Ὑπόσχεσις, εως, ἡ, *promissio* : ab ὑπίσχομαι. Vide præced.

Ὑποσχήσομαι, f. 1. m. verbi ὑπισχνέομαι. Vide in eod.

Ὑποσχόμενος, *pollicitus* : a. 2. part. med. verbi ejuſd.

Ὑποσχὼν, *submittens* : a. 2. part. act. verbi ὑπέχω, quod vide. Th. ἔχω, *habeo* : a. 1. ἔχον.

Ὑποταγὴ, ῆς, ἡ, *subjectio* : ab ὑποτάσσω, quod vide : ſed

Ὑποταγῆ, 3. ſing. a. 2. ſub. paſſ. &

Ὑποτάγηθι, a. 2. imperat. paſſ. &

Ὑποταγήσομαι, f. 2. paſſ. ab ὑποτάσσω, quod vide.

Ὑποτάμνειν, Ion. pro ὑποτέμνειν, *ſuccidere*. Th. τέμνω.

Ὑποταρταρίοι, *ſub Tartarum detruſi*. Th. Τάρταρος, ου, ὁ, *Tartarus*.

Ὑποτάσσω, vel -ττω, *ſubordino, certo ordine ſubjicio* : f. ξω. p. τέταχα. a. 1. ὑπέταξα, a. 1. inf. act. τάξαι. a. 1. part. act. τάξας, αντος. præſ. paſſ. -τάσσομαι, vel -ττομαι. *ſubordinor, certo loco & ordine ſubjicior, pareo*. perf. paſſ. τέταγμαι, ξαι, κται, *ſubjectus ſum* : a. 2. ind. paſſ. ὑπετάγην, ης, η, a. 2. imperat. paſſ. τάγηθι, ήτω. & in 2. pl. τάγητε, *parete*. a. 2. ſub. paſſ. ταγῶ, ῇς, ῇ. a. 2. part. paſſ. ταγεὶς, έντος, *ſubjectus*. f. 2. paſſ. ταγήσομαι, ῃ, εται, *ſubjiciar*. p. m. τέταγα, undè ὑποταγὴ, *ſubjectio*. Th. τάσσω, vel -ττω, *ordino*.

Ὑποτείνειν, Poët. pro προτείνειν, *protendere*. Th. τείνω.

Ὑποτελέω, *perſolvo tributum*. Th. τέλος, *vectigal*.

Ὑποτέμνω, *ſuccido, ſubtus ſeco, præcido*. Th. τέμνω, *ſeco* : f. μῶ. a. 2. ἔταμον. perf. τέτμηκα.

Ὑποτίθημι, *ſuppono* : f. θήσω. p. τέθεικα. a. 1. ὑπέθηκα, ας, ε. & in 3. pl. ὑπέθηκαν. præſ. m. ὑποτίθεμαι, σαι, ται, *ſubjicio*. præſ. part. τιθέμενος, η, ον. a. 2. part. m. θέμενος. Th. τίθημι, *pono*.

Ὑποτιμάω, *ſupra modum honoro* : item *litem mihi æſtimo contra actorem* : ex ὑπὸ, & τιμάω, *honoro*. Th. τίω, idem.

● Ὑποτίτθιον, ου, τὸ, *infans lactens*.

Ὑποτοπέω, Ion. pro ὑποπτεύω, *ſuſpicor*, q. v.

Ὑποτρέχω, *infra curſu deferor*. f. θρέξω. a. 2. ὑπέδραμον, ες, ε, a. 2. part. δραμὼν, όντος. Th. τρέχω, *curro*.

Ὑποτρέω, *perterrefacio*. Th. τρέω, *tremo*.

Ὑποτρομέω, *tremore ſuccutior* : a τρομέω, *tremo*. ex τρέμω, & τρέω, idem.

Ὑπότροπος, ου, ὁ καὶ ἡ, *rediens, redux*. Th. τρέπω, *verto* : f. ψω. p. m. τέτροφα.

Ὑποτρόχαλα κάμπτειν, *in rotundum tendere*. vide ὑποτροχάω.

Ὑποτροχάω, Poët. pro ὑποτρέχω, *infra curro*. Th. τρέχω.

Ὑποτυγχάνω, vide in ὑποτυχοῦσα.

Ὑποτυπόω, vide in ὑποτύπωσις.

Ὑποτύπτω, *ſuffringo*. Th. τύπτω.

Ὑποτύπωσις, εως, ἡ, *exemplar* : ab ὑποτυπόω, *delineo* : hoc ab ὑπὸ, & τυπόω, *figuro*, & τύπος, ου, ὁ, *figura*. Th. τύπτω, *verbero* : f. ψω. p. φα. p. m. τέτυπα.

Ὑποτυχοῦσα, *quæ ſcitè reſpondit* : aor. 2. part. act. f. g. ab ὑποτυγχάνω, *appoſitè reſpondeo*. Th. τυγχάνω, *ſum* : f. τεύξομαι. a. 2. ἔτυχον.

Ὕπουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, *ſubdolus*, q. *ſub cicatrice latens* : ab ὑπὸ, & οὐλὴ, *cicatrix*. Th. οὖλος, *ſanus*.

Ὑπουράνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui ſupra cœlos eſt* : item *cœleſtis*. Th. οὐρανὸς, οῦ, ὁ, *cœlum*.

Ὑπουργέω, -ῶ, *operam navo, adjuvo, inſervio*. Th. ἔργον, *opus*.

Ὑπούργημα, ατος, τὸ, *miniſterium* : à præc.

Ὑπουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, *miniſter* : cujus ὑπ' ἄλλῳ ἔργον.

Ὑποφαίνεσθαι, præſ. infin. paſſ. ab

Ὑποφαίνομαι, *declaro, ſuboſtendo*. Th. φαίνω, *oſtendo* : f. φανῶ. p. πέφαγκα.

Ὑποφῆτις, ιος, ὁ, Poët. & Dor. pro ὑποφήτης, *ſubvates, vatis alicujus miniſter*. vide in ὑποφήτης.

Ὑπόφαυσις, εος, ἡ, (alii ſeparatim leg. ὑπὸ φαῦσιν) *ſub diluculum*. Th. φαίνω, *luceo*.

Ὑποφέρω, *ſuffero* : f. -οίσω. a. 1. ὑπήνεγκα. a. 2. ὑπήνεγκον. a. 2. inf. act. ὑπενεγκεῖν. Th. φέρω, *fero*.

Ὑποφήτης, ου, ὁ, *propheta*, vel *prophetæ miniſter* : à φημὶ, ſeu φάω, *dico*.

Ὑποφθάμενος, *præveniens* : a. 2. part. m. &

Ὑποφθὰς, a. 2. part. act. verbi ὑποφθάνω, *prævenio*. Th. φθάνω, idem. f. φθάσω. a. 2. ἔφθην.

● Ὑπόφορος, ου, ὁ, *tributarius* : ab ὑποφέρω.

Ὑποχείριος, ου, ὁ καὶ ἡ, *in poteſtatem redactus* : ex ὑπὸ, & χεὶρ, ὸς, *manus*.

Ὑπόχυμα, ατος, τὸ, *liquor, humor* : idem ac χυμός. Th. χέω, *fundo*.

● Ὑπόχρεως, ω, ὁ, *debitor*. Th. χρέος.

● Ὑποχρίεσθαι, inf. paſſ. verbi

● Ὑποχρίω, *lino, pingo* : ex χρίω, idem.

● Ὑποχυτὴρ, ῆρος, ὁ, *vas quo lychno oleum adfundunt* : ex χύω, *fundo*.

Ὑποχωρέω, *ſecedo, clam me ſubduco*. fut. ήσω. p. -κεχώρηκα, a. 1. ὑπεχώρησα, ας, ε. Th. χωρέω, εω, *accedo*.

Ὑπόψαμμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *ſubarenaceus*. Th. ψάμμος, *arena*.

Ὑποψία, ας, ἡ, *ſuſpicio* : gen. pl. ψιῶν, ab ὑπὸ, & ὄπτομαι, *video*.

Ὕποψος, *ſuſpectus* : ab iiſd.

Ὑπτιάζω, *reſupino* : ex

ὙΠΤΙΟΣ, *ſupinus, reſupinus* ; q. ab ὑπὸ.

Ὑπωλένιος, ου, *qui sub ulnis gestari solet.* Th. ὠλένη, ης, *ulna.*

Ὑπώπια, scil. καθ', ab ὑπώπιον, *aspectus:* q. d. *suboculare, pars quae subjacet oculis;* item *suggillatio sub oculo orta ex ictu:* ab ὤψ, ὁ, *oculus.* Th. ὄπτομαι, *video.*

Ὑπωπιάζω. *plagis contundo, domo, validis ictibus subjicio reluctantem:* f. άσω. p. ὑπωπίακα· ab

Ὑπώπιον, ου, τὸ, vide ὑπώπια.

Ὑπώρεια, ας, ἡ, *ima montis pars, pes montis:* ex ὑπὸ, & ὄρος, εος, τὸ, *mons,* Dor. ὤρος.

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui sub tecto, seu camerâ est, domesticus:* ab ὑπὸ, & ὀροφὴ, *contignatio.* Th. ἐρέφω, *tego, tectum impono.*

Ὗραξ, *SOREX, mus:* Æol. à *suilli* rostro. ab ὗς, *sus, porcus.* Th. σῦς, idem.

Ὕριον, *favus; examinis opus:* ab

Ὑρον, *examen.* Puto ab εἴρω, *necto:* est *nexus* apum.

Ὑῤῥὶς, *sporta:* ab εἴρω, quia aliquid à viminibus *nexum* seu *plexum.*

Ὑῤῥισκος, *vas vimineum:* à praeced.

Ὑρτὴρ, *ollae operculum:* quia ollae *ἐνείρεται, inseritur:* ab εἴρω, *insero.*

ὙΡΧΗ', ης, ἡ, *instrumentum, in quo nautae onera bajulant; vas fictile.*

Ὗς, ὑὸς, ὁ καὶ ἡ, *sus, porcus, -a.* Th. σῦς, id.

ὙΣΓΙΝΟΝ, ου, τὸ, *plantae species.*

Ὕσδω, pro ὄσδω, id est ὄζω, *oleo:* Æol. In Sapphûs carminib. pag. 23. leg. ὕσδων μαλίνων. Vel leg. ὄσδων, Dor. pro ὄζειν, vel ὕσδων.

Ὑσθῆναι, *pluviâ madefactum esse:* a. 1. inf. pass. ab ὕω, *pluo;* f. ὕσω. a. 1. pass. ὕσθην.

Ὕσιον, ου, τὸ, *vimen.* ὑσιοπλόκος, *viator:* q. ab ὕω, *pluo.*

Ὕσκα, *lignum quo quis accenditur:* q. fomes ignis.

Ὑσμίνη, ης, ἡ, *pugna:* ab ὑπομένω, *sustineo.* Th. μένω, *maneo.*

Ὑσμῖνι, Il. ζ. ver. 163. pro ὑσμίνῃ; per Metaplasm. dat. sing. praeced.

Ὕσπλαγξ, Dor. pro

Ὕσπληγξ, *scutica;* quâ ὕες πλήσσονται, & quâ alia animalia pulsantur: *sonus scuticae vibratae:* & nominatim *is, quo cursoribus in stadio signum cursûs datur.* Tum *carceres,* undè dimissi incipiunt: item *paxillus terrae infixus,* qui fit pro notâ incipiendi cursûs.

Ὕσσακος, ὕσακος, vel ὕσαξ, *paxillus carneus.* Hesych. an ab

ὝΣΣΟΣ, ου, ὁ, *verutum, pilum, gesum?*

Ὕσσωπος, ου, ἡ, *HYSSOPUS,* Angl. Hyssop: & libanotis arborescens, Mat. xxvii. 48. dicitur & ὕσσωπον, ου, τὸ. Th. ὄπτομαι, *video.*

Ὕστατα, *postrema:* nom. pl. n. g. ab ὕστατον, ου, τὸ, *ultimum:* superl. ab ὕστερος, *posterior.*

Ὑστάτιον, adv. *tandem, postremò:* ab

Ὑστάτιος, ου, idem quod

Ὕστατος, ου, *postremus, ultimus:* ab ὕστερος.

Ὕστερα, pro ὕστατα, quod vide.

Ὑστεραῖος, α, ον, id. qu. ὕστερος, *posterior.*

Ὑστερέω, -ῶ, *sum posterior; careo, desum:* & in 3. pl. ὑστερῶσι. f. 1. ήσω. p. ὑστέρηκα. a. 1. ὑστέρησα, *defeci, inferior fui:* a. 1. part f. g. ὑστερήσασα, ης, ἡ. praes. pass. ὑστερέομαι, -οῦμαι, *deficior, destituor:* perf. pass. ὑστέρημαι, σαι, ται. a. 1. pass. ὑστερήθην, *egui.* Th. ὕστερος, *posterior.* undè &

Ὑστέρημα, ατος, τὸ, *penuria, defectus, inopia:* in pl. ὑστερήματα, ων, τὰ, *reliquiae.*

Ὑστέρησις, εως, ἡ, *inopia, egestas:* ab eod.

Ὑστερίζω, f. ίσω, idem cum ὑστερέω, *sum posterior;* item *tardo, cunctor, destituor, deficior, superor, vincor:* ab ὕστερος.

Ὕστερον, adv. *posteà, postremò, tandem:* ab

ὙΣΤΕΡΟΣ, ου, *posterior, sequens, inferior.* Dici putatur qu. ὑπότερος, ab ὑπὸ, *sub.*

Ὕστριξ, χος, ἡ, *HYSTRIX, suis pilos* aut *porcinas setas habens,* erinacei genus: est & *flagrum ex corio adhuc setis suis munito:* ex ὗς, & θρὶξ.

Ὕτνον, *tuber,* vide suprà ὕδνον.

Ὑφ', pro ὑπὸ, *sub,* &c.

Ὑφάγεο, Dor. pro ὑφηγοῦ, *clam duc,* praes. imperat. ab ὑφηγέομαι. Th. ἡγέομαι, *duco.*

Ὑφαίνω, *texo;* imperf. ὕφαινον, ες, ε. f. ανῶ. a. 1. ὕφηνα. perf. act. ὕφαγκα. perf. pass. ὕφαμμαι, & Att. ὕφασμαι. Th. ὑφάω.

Ὑφαιρούμενος, praes. part. pass. verbi ὑφαιρέω, *aufero.* Th. αἱρέω, *capio:* f. ήσω. p. ᾕρηκα. a. 2. εἷλον.

Ὕφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, *sub mari latens, qui est intra mare.* Metaph. *subdolus.* ὕφαλος, sc. πέτρα, *petra,* vel *saxum latens,* nempe ὑφ' ἁλὶ, *sub mari.*

Ὑφάντης, ου, ὁ, *textor:* &

Ὑφαντὸς, ὴ, όν, *textus, a, um:* ab ὑφαίνω, *texo.* Th. ὑφάω, idem.

* Ὑφάπτω, *accendo, succendo:* f. ψω. p. ὑφῆφα. Th. ἅπτω, *accendo.*

* Ὕφασμα, ατος, τὸ, *textura, tela, pannus:* ab ὑφαίνω, *texo.*

ὙΦΑ'Ω, & -έω, *texo.*

ὙΦΕ'ΑΡ, εαρος, τὸ, *viscus,* ex abiete; quia potest salvâ arbore ὑφαιρεῖσθαι, *tolli.*

Ὑφεῖμαι, perf. pass. verbi ὑφίημι, *remitto.* Hinc

Ὑφειμένος, perf. part. pass. ejusd. Th. ἵημι, seu ἕω, *mitto.*

Ὑφεὶς, εῖσα, ὲν, a. 2. part. act. ab ὑφίημι.

Ἄνευ ἱδροῦς καὶ πόνου οὐδὲν πρᾶγμα τέλειον.		Absque sudore & labore nullum opus perfectum est.
Ὅπου πλείων ὁ πόνος, ἐκεῖ, μείζων ἡ ἡδονή.		Ubi major labor, illic major voluptas.
Μάτην ὁ Σισύφος πέτρον κυλίει.		Frustrà saxum volvit Sisyphus.

ΚΕΦ. η.		CAP. VIII.
Ἔρως, Φιλία, Ἀπέχθεια, Ἔχθρα, Κολακεία, Φθόνος. Ἐλευθεροπρέπεια, Φιλαργυρία.		*Amor, Amicitia, Inimicitia, Odium, Adulatio, Invidia, Liberalitas, Avaritia.*
Σκάζοντι ὁμιλῶν, κἀυτὸς σκάζειν μαθήσεις.		Claudicantis conversatione utens, ipse quoque claudicare disces.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος τε δάκτυλον.	250	Manus manum lavat, & digitus digitum.
Ἀγκάσι ἔλεον ἔχειν μέλλοντι, ὁ ἐν φρεσὶν ἔχθος τρέφων ὁμοιοῦται.		Qui odium in præcordiis fovet, viperam amplexuro similis est.
Ψύχει ἔρωτα μῖσος.		Attenuat odium amorem.
Μὴ φεῦγε ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον.		Ne fuge socium in malis constitutum.

Ἑσπέρας εὐεργεσίαι εὕδουσι.
Ἄρτου ἀνάξιος ἐστὶν θώπτων.
Μήποτε γραῦν ποτὶ τοῖσι κακὴν δέξαιο μελάθροις.
Ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.
Λιτὸν δῶρον, λιτὴ χάρις.
Πενθερὰν νυὸς στυγεῖ.
Νύμφην μισεῖ πενθερά.
Πολλὴ χλεύη τὸν φιλίας δεσμὸν λύει.
Ὅταν ἀσπάζεται ὁ κόλαξ, ἀλώπηξ ἐστί.
Στέργει μῦς γαλῆν.
Δεῖ τοὺς υἱοὺς ἄζειν τοκῆας.
Μητρυιῆς μὴ ψαῦε γε δεύτερα λέκτρα γονῆος.
Ὁ ἔρως φρένας πλέκει.
Λαμβάνει ἅδην, ὁ μνώμενος τῆς χρηγύης.
Εἰσὶ καὶ ζώντων οἱ κόλακες κόρακες.
Μάμμα βρέφους ἔρωτα φέρβει.
Ἑταῖρος ὁ ψευδὴς ἄγκυρα ἰσχυρά.
Χάρις χάριν τίκτει.
Βρόχους τείνει ὁ ἑταῖρος αἱμύλος.
Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμεν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.
Καλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι.
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον δὲ πάντων,
Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.
Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις.

Πτωχὸς πτωχῷ μεγαίρει.
Ὁ νεύσας ὀφείλει.
Σχίζει φιλίαν ἔχθος.
Στέργε ἀδελφούς, καὶ σὺ μητέρος ἀθέτει μῆδεα.
Μανὴ ἐν χθονὶ ὄρνις ἡ χάρις.
Ὕλα σὺν λύκοις, οἷς ὁμιλεῖς.
Πολλοὶ τραπέζης, ὀλίγοι ἀληθείας φίλοι.

Hesterna gratia dormit.
Cibo indignus est assentator.
Ne anum improbam tuis unquam ædibus recipias.
Hospites pauperes ne negligas cùm videris.
Vile donum, vilis gratia.
Socrum nurus odit.
Flagrat nurus odio socrus.
Multus risus amicitiæ solvit vinculum.
Assentator cùm salutat vulpes est.
Amore felem mus prosequitur.
Venerari parentes liberos decet.
Novercæ ne attingas secundos parentis tui lectos.
Amor mentes nectit.
Abundè accipit solus is, qui beneficii memor est.
Viventium etiam adulatores corvi sunt.
Infantis avia amorem pascit.
Socius fidelis anchora tuta est.
Gratia gratiam parit.
Retia sodalis blandus struit.
Sincerum oportet esse sodalem, & non obliqua animo volvere.
Durum est non amare,
Durum est etiam amare.
Durissimum vero omnium
Non frui re amatâ.
Neminem tibi adjungas amicum, priusquam exploraveris quomodo prioribus amicis sit usus.
Mendicus mendico invidet.
Qui annuit, debet.
Odium amicitiam findit.
Fratres dilige, & matris consilia non aspernare.
Rara avis in terris est gratia.
Ulula cum lupis cum quibus conversaris.
Multi mensæ amici sunt, pauci veritatis.

ΚΕΦ. Θʹ.

Εὐφροσύνη, Λύπη.

Κίσσῳ μὲν Διόνυσος ἀγάλλεται, αἰγίδι δὲ Ζεύς.
Οἱ ναέται ξένοις, ἡ δὲ πόλις ναέταις.
Μύρτος, ἄλγεα φέρει.
Πόρκῳ ξιφίαν, δελέατι μωροὺς ἀλιεύω.
Καὶ μὴ κληθεὶς ἴκτερος ἱκνεῖται.
Ὀλοφυρόμενος παρακλήσεως δεῖται.
Μερίμνας φόρμιγξ αἴρει.
Ἔρημον ἦθος ὀδύνην αὔξει, ἔτος μινύθει.

Βόστρυχον ἠπίαλος τίλλει.
Τὸ τῆς ἁμίλλης κράτος ἀμύμονα ποιεῖ.
Οὐ πάντα τὰ ἕλκη ἀκεστά.
Δίσκοισι τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες.
Στήθεα κροῦε, καὶ μῦ ἀκουσθήσεται.
Οὐκ ἐᾷ πένθος ἐψῦσαι βουλάς.
Θωΰσσοντος ἑνός, θωΰσσει δὴ ἕτερος.

Βλώσκοντος τοῦ κινδύνου τὸ γηθεῖν ὄλλυται.
Στήθεος ἀλλάσσει χαρὰν ἀνία.
Μάτην ἰαύει θεωρός.
Καγχάζει, χωλὸς λαγόνα κλάοντος ὀρθοῦ.
Στενὴ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν.
Πραπίδας πτίσσει λύπη οἰκεία.

CAP. IX.

Gaudium, Dolor.

Hederâ quidem Bacchus delectatur, capellâ verò Jupiter.
Incolæ hospitibus, ipsa verò urbs incolis.
Myrtus affert dolores.
Reti xiphiam, escâ stultos capio.
Morbus regius etiam non vocatus venit.
Lamentans consolatione indiget.
Curas cithara tollit.
Desertum domicilium dolorem auget, annus (seu tempus) minuit.
Cincinnum febris quotidiana vellicat.
Certaminis robur irreprehensibilem facit.
Non omnia vulnera sunt sanabilia.
Discis delectabantur & jaculis jaculantes.
Pectus pulsa, & flebilis voecula audietur.
Non finit maturare consilia luctus.
Vociferante uno, etiam alter belluino impetu fertur.
Adveniente periculo gaudium perit.
Pectoris immutat gaudium tristitia.
Frustrà tempus terit spectator.
Cachinnatur claudus frangente recto ilia.
Angusta via est quæ ducit ad vitam.
Tundit præcordia dolor intestinus.

Ἠλίθιος καὶ ἄτερ λύρας κελαδοῦ ἅλλεται.	Stultus vel absque lyræ sono saltat.
Χέλυς καὶ χορδαὶ θυμὸν ὀδυρόμενον τέρπουσι.	Oblectant animum doloribus præcipuum chelys & fides.
Οὐ καθαίρει ἁμαρτήματα ὁ ἀρνούμενος.	Non purgat peccata qui negat.

ΚΕΦ. ι. — CAP. X.

Ἐλπίς, Φόβος. — *Spes, Timor.*

Ὅπλα ἔσθει ὁ δειλός,	310 QUI metuit, arma induat.
Παῖδας νηπίους μορμώ.	Terret strix infantes.
Φόβον τίκτει φάραγξ.	Præcipitium timorem parit.
Οὐρανὸν βροντὴ καὶ γαῖαν, θῆράς τε πλήσσει.	Cœlum & terram, tonitru, & feras terrefacit.
Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη.	Sponde, propè est damnum.
Θάλπει χάρις ἐλπίδα ταλαινός.	315 Favor fovit spem miseri.
Ῥαδίως δειλοὺς πτοεῖ ψόφος.	Facilè timidos terret strepitus.
Μετὰ τὴν ἑορτὴν ἥξας ἥλιπας οὐ πωλεῖ.	Post festum veniens calceos non vendit.
Οὐχ ἅπας φοβεῖται κρέμβαλον κρίζον.	Non quilibet crepitaculum stridens metuit.
Τυφομένου μελάθρου τοῦ πλησίον καὶ τὸ σὸν κινδυνεύει.	Accensâ domo proximi, tua quoque periclitatur.
Νενήλον κλωβὸς σώσει.	320 Attonitum servabit cavea.
Καλύπτειν τὴν νόσον, λυγρόν.	Occultare morbum, funestum.

ΚΕΦ. ια. — CAP. XI.

Ἀπήνεια, Φιλανθρωπία. — *Sævitia, Misericordia.*

Ζαφελὴς ζαφελεῖ καλῶς ὁμιλεῖ.	VEhemens cùm vehementi optimè conversatur.
Ἱκέτου ἰάλμενον οὐδεὶς ἀτᾷ.	Supplicis lamentationem nemo aspernetur.
Πλατὺν κόπτει αἰθέρα ὁ χολῆς πρηθόμενος.	Latum verberat æthera, qui irâ flagrat.
Σκύνιον θυμοῦ σημεῖον.	325 Cilium iræ indicium est.
Στέρνον κρουνὸς σπλάγχνων ὑπάρχει.	Pectus misericordiæ fons est.
Ὀλόπτειν τὰ πρόβατα οὐκ ἐστὶ σπουδαίου ποιμένος.	Deglubere oves non est probi pastoris.
Μισεῖ τοὺς ὀδύσσαντας ὁ τοῦ Ὀλύμπου κτίστης.	Irascentes odit conditor Olympi.
Κἂν ἀνώγωσί τινες, οὐ δεῖ ἀμύνεσθαι αἰπυνέσι.	Quamvis jubeant quidem, non tamen sævo opem ferre decet.
Στρῆνος σύρβην ὄρει, μῆνος λύσσαν.	330 Deliciæ tumultum excitant, ira rabiem.
Σκύτος ἔχει σπαρασσόμενον κύων δηκτικός.	Cutem gerit laceratam canis mordax.
Τίγριδος ἄλευ ἑταιρείαν.	Tigridis evita sodalitatem.
Βλάπτει τὸν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών.	Lædit virum animus in iram lapsus.
Σταυρὸς μῖσος κότον τε στέλλει.	Odium iramque crux reprimit.
Τύραννοι αἴσυλοι οὐ λόλων τοῦ σίτου ἀλλ' αἵματος ἀνθρωπίνου χορτάζονται.	335 Tyranni iniqui non cibis ex frumento confectis, sed humano sanguine, satiantur.
Νάνος δεινὰ ἀπειλεῖ.	Pumilio terribilia minatur.
Ἰκτῖνον τένδων καὐτὸς ἐκβέσῃ ἰκτῖν.	Milvum comedens & ipse milvus eris.
Πάπταινε, καὶ πρᾶος, ἔνθ' ἅμαξαν διφᾷς.	Circumspice, & mitis sis, qui plaustrum quæris.
Σμήνους βασιλεῖ ἰὸς οὐκ ἔστι, καὶ οὐ στίζει.	Apum examinis regi jaculum non est, neque pungit.
Ἐρινὺς αἰνὰ θανὼν ἐν κόλπῳ βόσει.	340 Damnum in sinu horribilis Furia pascit.
Εὐλήρων αἰγαγίδες χαλωμένων πονηρία τέλλεται.	Laxatis disciplinæ habenis malitia oritur.
Ὁ κτείνων τῇ κρίσει ἐστὶν ἔνοχος.	Homicida judicio obnoxius est.
Νάστη παιδὸς σμώδικας παρακαλεῖ.	Patris matrisque furor vibices pueri solatur.
Ἐλεεῖς ἔλεος οὐκ οἶδεν.	Nescit misereri mensa coquinaria.
Οἶκ' ὀϊζὺς πρὸς ἔλεον κέλευθος.	345 Sola miseria ad misericordiam via est.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Πόλεμος, Εἰρήνη.

Ἀηδὼν μὴ εἰς μάχην καλείσθω ἀετόν.
Ὁ μηρος πλὴν κινδύνων οὐδὲν κερδαίνει.
Αἰτία νείκεος νεῖκος.
Δολιχὰ ἐρείπει δένδρα ἄελλα αἰπεινή.
Τοξότης ἄτερ φαρέτρας.
Γολιὰθ σφενδόνης πίπτει λίθῳ.
Ὀλίγον Ἄρης ὀρέγει ὄλβον, ὄλμους δὲ πλείστους.
Τιτύσκονται πολέμιοι πύργοις ἐν αἰπεία.
Ὃν δειλιῶν οὐκ ὤλεσε πόλεμος, ὑπὸ νόσου θλίβεται.
Νικᾷ ἕνα πιττάκιον.
Ἀμαιμάκετον ἅμα καὶ ἀφαυρὸν μῶλος δαμᾷ.
Ἰθὺς καὶ λορδὸς ἀλλήλοις μάχονται.
Ὁ ἰσχνὸς δειλὸς ὅπλα βαστάζειν οὐ δύναται.
Πᾶσα γῆ λοίδορον τρέφει.
Εἰρήνη τἀγαθὰ αὔξει.
Ὄαρα κακὴν ὀβολοῦ οὐκ ἂν ὠνοίμην.
Ἀμφὶ κεφαλῆς ἔριδα βάλλων σμερδαλέα ἤρευγε.
Μετὰ ἀλαλὴν ἵπτανται ἄκοντες.

CAP. XII.

Bellum, Pax.

NE ad pugnam provocet aquilam luscinia.
Præter pericula obses nihil lucratur.
Rixa rixæ causa est.
Proceras dejicit arbores procella vehemens.
350 Sagittarius absque pharetrâ.
Fundæ lapillo Goliath cadit.
Paucas Mars opes præbet, truncos verò corporis plurimos.
Ad scopum collimant hostes turri in altâ.
Quem bellum reformidans non perdidit, à morbo tribulatur.
355 Superat unum turma.
Insuperabilem paritèr & debilem bellum domat.
Rectus & curvus adversus se invicem pugnant.
Homo macilentus arma gerere non valet.
Quævis terra convitiatorem alit.
360 Pax auget facultates.
Uxorem malam obolo non emerem.
Circum caput contentionem jactans terribilia eructa.
Post acclamationem bellicam jacula volant.

ΚΕΦ. ιγ΄.

Φήμη, Δυσφημία.

Ῥᾳδίως οἱ φαῦλοι κακότητι αἰσχύνουσι τοὺς σπουδαίους.
Ἅπαξ κλέπτων ἀεὶ φὼρ ἐστι.
Ἀρετῆς γέρας τὸ κῦδος, οὐ χρόνος αἰμᾷ.
Οὐχ ἁβρότονον οὐδ᾽ ἄβρυνα, ἢ συκάμινα, οὐδ᾽ ἀβυρτάκη τέρπει, ἀλλὰ φήμη καλὴ κἀγαθή.
Διωλύγιος φήμη τὸ μὴ ὂν ποιεῖ εἶναι.
Τὸν ἱδρύοντα ἵδρυε, καὶ τιμή σοι ἔσται.
Μῦσος καὶ αἶσχος ἐγκώμιον ἄγχουσι,
Ἀμεύσει ἐὰν μὴ εἶθαρ πνίγηται φήμη.

CAP. XIII.

Fama, Infamia.

FAcilè improbi malitiâ suâ aspergunt probos.
365 Qui semel furatur, sempèr fur vocatur.
Virtutis præmium gloria, non tempus metit.
Non abrotonum, neque mora, neque abyrtace delectat, sed fama bona & honesta.
Magna fama quod nihil est, esse facit.
Sedere jubeas eum, qui sedile præbet, & erit tibi gloria.
370 Turpitudo & scelus laudem suffocant.
Pertransit nisi suffocetur statim fama.

ΚΕΦ. ιδ΄.

Μισθὸς, Ποινή.

Βότρυας οὐ φύει ἄκανθα.
Οἱ θηρῶντες ἐν πόντῳ λῃΐδα, ἀκάτῳ χρῶνται.
Μὴ κρῖν᾽ ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.
Πληγὴ νώτου φίλτρον.
Ποινὴν φὼρ μὴ γινώσκει, εἰ μὴ αἰωρεῖται.
Ὀρταλὶς ᾠὸν τίκτουσα ἐλευθέρα ἐστί.
Οὐχ ἅπαντες τιάρας ἄξιοι.
Λαιμὸς Γεέννης πέλωρ χαίνει.
Οἱ ᾄδοντες τοῦ πλαδᾶν γλίχονται.
Βακτηρίαν αἴρων αἰκίας ἀπειλεῖ.
Μόχθον μὲν πᾶσα ἡμέρα, ἀλλ᾽ οὐκ ἄγρην ἔχουσι.

CAP. XIV.

Præmium, Pœna.

NON producit racemos spina.
Prædam in mari quærentes actuariò utuntur navigio.
Ne judices videns pulchritudinem, sed mores.
375 Plaga dorsi auriga est.
Pœnam fur non agnoscit, nisi suspendatur.
Gallina ova pariens libera est.
Non omnes tiarâ digni sunt.
Guttur Gehennæ immane hiando captat.
380 Cantatores amant humores.
Baculum attollens verbera minatur.
Laborem quidem singuli dies, sed non prædam præbent.

Ἐν σταδίῳ σωτηρίας λοίσθιοι καὶ πρῶτοι ἓν βραβεῖον λήψονται.	In stadio salutis ultimus & primus unum accipient præmium.
Μισθὸς ἀρετῆς αἶνος.	Merces virtutis laus est.
Αἰκία καὶ μώλωψ.	385 Verbera & vibex.
Ἑὴν ἕκαστος μανδάκην κομίζει.	Suam quisque pellem portat.
Ἄξιον τὸ χύτρας πῶμα.	Dignum patellâ operculum.
Κολάζει μάραγνα λήγοντα.	Cessantem punit flagellum.
Κοιλίαν οὐδέποτε πληροῖ τάρταρος.	Nunquam ventrem explet tartarus.
Μείων αἰτία, μείων δίκη.	390 Minor culpa, minor pœna.
Μώλωψ ἐν σώματι, ὄγμος ἐν ἀγρῷ.	Vibex in corpore, sulcus in agro.
Τὸ ἡδὺ μάστιγος δίκην χοίρους ἐρύει.	Quod dulce est lenticæ instar porcos impellit.

ΚΕΦ. ιε'. — CAP XV.

Γλῶσσα, Ὁμιλία, Ἀλήθεια, Ψεῦδος.	***Lingua, Sermo, Veritas, Falsitas.***
Εἰ πᾶν τὸ λαλοῦν ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ὁ ψιττακὸς ἔσται.	Si omne loquens homo est, etiam psittacus erit.
Ἀκκὼ κἂν ζειρᾷ κοσμηθεῖσα, τὰ ἁνδάνοντα μὴ λαλεῖ.	Acco licèt mitrâ ornata, non loquitur quæ placere possint.
Ἔπαινον φίλων, μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε.	395 Amicorum magis quàm tuam ipsius laudem prædica.
Γλῶσσα κακὴ ὀξυτέρα ἀκμῆς ξίφεος.	Lingua mala acutior cuspide gladii.
Ἐν ἔργῳ ὢν ὁ φὼρ οὐκ ἰάχει.	In opere existens fur non vociferatur.
Ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακηγόρους.	Noxa sortitur crebra maledicos.
Τύφος ὁ τῶν πολλῶν λόγος.	Inanis est vulgi sermo.
Ξίφος μὲν τιτρώσκει σῶμα, νοῦν δὲ λόγος.	400 Gladius quidem corpus vulnerat, mentem verò sermo.
Λόγοις ἀμείβου τὸ λόγοις πείθοντά σε.	Verbis pensa, verbis qui suadet tibi.
Λόγος ἀσελγὴς ἤθη χλίει μειρακίων.	Impudicus sermo deliciis adolescentum frangit mores.
Μολύνει ἤθη καλὰ ἡ ὁμιλία τῶν φαύλων.	Consuetudo malorum bonos mores contaminat.
Αὐδὴν ἔγχελυς δηλεῖται.	Voci anguilla nocet.
Βράγχος τὸ φθέγγεσθαι ἐρητύει.	405 Raucedo vocem inhibet.
Ῥίψας λόγον τὶς οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.	Jaculatus verbum aliquis non recipit rursum.
Ἐχθρὸς μὲν μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν.	Inimicus quidem mihi ille est æquè ac portæ inferorum.
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.	Qui aliud occultat animo, aliud verò loquitur.
Βαμβαίνειν ἔξεστι ἕως οὗ λαλεῖν δυνάμεθα.	Balbutire licet, donec loqui possimus.
Ὡς φὼρ κλέπτων ἔκραξεν.	410 Sicut fur furans clamavit.
Ἠχὼ νύμφη τὰ λεγόμενα σμαραγεῖ.	Echo nympha ea, quæ dicuntur, resonat.
Πίτυλος ἰχθύας σοβεῖ.	Strepitus aquæ remo percussæ pisces abigit.
Μύθοις οὐ πείθεται πεῖνα.	Verbis fames non obtemperat.
Ἀκριβὴς λέσχη κοιράνου καὶ ὄχλου ἅπτεται νόου.	Accurata sermocinatio principis & populi tangit mentem.
Φθείρει τὰ ἤθη καλὰ ὅμιλος λίρων.	415 Corrumpit mores honestos turba impudentium.
Οὐκ ὄσσαν, ἀλλ' ὄψιν κωλύει ὀρφνή.	Non vocem, sed visum impediunt tenebræ.
Ὁ λόγος φάρμακον λύπης.	Sermo doloris remedium est.
Ἐρεσχελοῦντα ἐρεσχέλει.	Cavillatorem illude.
Οὐδεὶς κρώζειν λωΐτερον οἶδεν, ἢ κακκάβη.	Nemo meliùs crocitare novit quàm perdix.

ΚΕΦ. ις'. — CAP. XVI.

Στοιχεῖα, Μέταλλα, τὰ Φυτικὰ, Ζῶα.	***Elementa, Metalla, vegetantia, Animalia.***
Δέχεται τὸν καπνὸν κάμινος, τὴν δὲ κίναδον φωλεά.	420 Excipit fumum caminus, vulpem verò spelunca.
Χείριστα φέρει κόμαρος μῆλα.	Pessima arbutus fert poma.
Ἐκ κέρκου καρβατίνη.	Ex caudâ calceamentum vile.
Τί κηφῆσι καὶ μελίσσαις;	Quid fuci commercii habent cum apibus?
Λύκῳ κάστωρ ἔοικε.	Lupo similis est fiber.

Τὸ κιῤῥὸν χροιὰ ἱμέρσιμος.	425	Fulvus color amabilis est.
Κάγχρυσι καλλυμένοις, τὰ κακὰ κάλλει.		Appellente hordeo in furno tosto, mala appellunt.
Καταῤῥὰφ οἰκοδομίας.		Fundamentum domûs trabs est.
Κάνωπον ὁ δεῖ κόριν.		Sambuci flos cimicem non expellit.
Εἰ μή σοι κόστος ἐστὶ λογῶν σε Πὰν παρελεύσεται.		Si tibi costus non est, præteribit Pan diversorium tuum.
Σίσαρον ἔσται σισύμβριον, ὅταν βούτυρον ἐκσίδης εἶδη.	430	Quando ex malo punico butyrum elicitur. Siser in serpillum sylvestre mutabitur.
Ἐλάχιστον ζῶον ψύλλος ἅλματι μέγιστον ἐλέφαντα νικᾷ.		Minimum animal pulex saltu maximum superat elephantem.
Σοβεῖ μελίσσας ψόλος.		Apes fumus abigit.
Φίλη μὲν ψάμμος, ἀλλ' οὐκ ἐν ὀφθαλμοῖς.		Grata quidem arena est, sed non in oculis.
Καρύκην βρῦκος ἐμβάπτων τ' ἐσθίοντι.		Lydorum condimentum, apumque cibos Bruchus aversatur.
Βόλιτον καὶ ἰνδικὸν εἰς λείπει.	435	Hordeum malefactum & piper cis relinquit.
Βρύον μὲν ἐλλάδος, ἀλλ' οὐκ ἐλλέβορον ἔδει.		Muscum quidem hinnulus, sed non elleborum devorat.
Τρίβολον οὐ δεῖται ἐχῖνος, οὔτε βώλου.		Echinus marinus ligno fulgenti non indiget, neque agro.
Φασιανὸς πρίνου πρύτανις.		Phasianus pruni custos atque inspector est.
Φέρβει φῦσσαν φακῆ.		Nutrit lenticula Latum piscem.
Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἂν δὲ παρέλθῃ,	440	Rosa senescit brevi tempore: ubi verò transierit,
Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.		Inquirens invenies non rosam, sed rubum.
Ἀχρὰς βαΐον οὐ φέρει.		Non gerit pyrus sylvestris ramos palmæ arboris.
Βαῖταν ἐνδύει βαιών.		Bæonis pisciltanam ex corio consutam induit.
Τὸ ποππύζειν σκίγγον κίρκον τ' οὐ διώκει.		Sibilando crocodilus terrestris & torpedo non fugantur.
Τὸ ἄγαν ὕδωρ πυρὸν σήπει.	445	Nimia pluvia frumentum putrefacit.
Ἶβις ὄφεις ἐναίρει, αἰγιθαλὸς μελίττας.		Ibis avis serpentes, parus apes interimit.
Πλίνθον πλύνει ὁ κόρακα καθαρίζων.		Laterem lavat qui corvum mundare conatur.
Τὸ μὴ καῖον, πῦρ οὐκ ἔστι.		Quod non urit, ignis non est.
Ἐν κολωνοῖς θρίδαξ ἧπαρ ἀκουμένη μόγις εὑρίσκεται.		In tumulis lactuca jecur sanans vix invenitur.
Ἰκτὶς σμικρὸν ζῶον μεγάλων πολλάκις κακῶν αἰτία.	350	Mustela sylvestris animal parvum magnorum sæpè malorum causa est.
Καιομένη ὄλιγξ κρηδέμνου οὐκ ἐμπάζεται.		Urens scintilla vittam non curat.
Διαίνει δρόσος χλόαν, ἡ δ' ἀλεαίνει εἵλη.		Irrigat ros herbam virentem, & calor solaris tepefacit.
Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.		Arbore dejectâ quilibet ligna colligit.
Βαρὺ οἱ ὄνοι ἄχθος βαστάζουσι.		Grave onus asini portant.
Ποικίλοι οἰωνοὶ πτεροῖς διὰ μετεώρου ἀέρος πετῶνται.	455	Variæ aves per sublimem aëra pennis volitant.
Οὐ πᾶσα ἀγορὰ δόρκας ἔχει.		Non omne forum capras habet.
Οὐδεμία ὄμφακος χρεία.		Fructûs immaturi nullus est usus.
Κολοκύνθης κίκυς κονίλῃ ἄγνωστος.		Cucurbitæ vis cunilæ ignota est.
Ἐν πλέθροις πλέθρα κάλλιστα.		Pulcherrima sunt jugera, quæ in humidis & herbosis locis sunt.
Οὐκ ἔστι χώρα ἄνευ σκωλήκων.	460	Non est regio quæ vermibus careat.
Ὥσπερ τὸ λαλεῖν τοῦ ἀνθρώπου ἴδιόν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ μυκᾶν τοῦ βοός.		Quemadmodum loqui hominis est proprium, ita mugire boum.
Εὔριπον κραιπνὸν οὐδεμία τριβὴ ἀμβλύνει.		Velocem Euripum nulla mora tardat.
Ὅπου πολλοὶ μόσχοι, ἐκεῖ πολλοὶ ἔσονται βόες.		Ubi multi sunt vituli, ibi multi quoque boves erunt.
Καράβου βάδισμα μιμεῖται.		Cancri marini incessum imitatur.
Οὐκ ἔχει φολίδας φρῦνος.	465	Caret squamis rubeta.
Δέλφακα τρέφων χοῖρον ἕξει.		Porcellum alens porcum habebit.
Μὴ ῥαδίως ψαθυρὸν λίθον εὑρήσεις.		Non facilè friabilem invenies lapidem.
Ὁ ὀμφαλὸς ἐν μέσῳ.		Umbilicus medium occupat.
Ἐν ποταμοῖς καὶ λίμναις αἴθυιαι.		In fluviis & stagnis mergi.
Ἴδα φύει ἰβίσκον ἴον τε, ἡδεῖαν ἐρίφοις βοτάν.	470	Ida mons ibiscum producit violasque, capris pabulum gratissimum.
Ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι.		Ex juncis facti sunt labyrinthi.
Ἄμπελον αἲξ οὐχ ἱμάντα ἐσθίει.		Vitem non lorum Ix lædit.

Γαῖαν

	Γαῖαν ψακὰς εὔκαρπον ποιεῖ.	Terram ros fertilem reddit.
	Νεβρὸν ποδωκίαν νικᾷ χελώνη.	Hinnulum testudo pedum celeritate vincit.
475	Μὴ ἐκ ζέας μέθυ ζωρὸν γίνεσθαι.	Non fit ex speltâ vinum merum.
	Βαΰζοντος ἑνὸς, αὐτίκα βαΰζει καὶ ἕτερος κύων.	Latrante uno, latrat statim & alter canis.
	Χρεμετίζει πῶλος, ἵππου ἀπούσης.	Hinnit pullus, equâ absente.
	Τὰ ὑγρὰ φιλεῖ νῆσσα.	Humida quæ sunt anas diligit.
	Οἰδεῖ καὶ ὄλυνθος.	Turget etiam grossus.
480	Οὐ τὸ μέλαν ὀμόρξει κόραξ.	Non absterget nigredinem corvus.
	Χωρὶς μίσχου οὐ γίνεται μῆλον.	Absque pediculo pomum non crescit.
	Ζαλείας κράδη κριὸν τέρπει.	Laurûs Alexandrinæ surculus arietem delectat.
	Λεβηρίδι ὄφις ἀπὸ ξύλου κρεμαμένῃ πτοεῖται.	Exuviis anguis in ligno suspensis perterretur.
	Γέῤῥον ἰξύας θραύει.	Ferit lumbos scutum Persicum.
485	Γύια κλιβάδιον θεραπεύει.	Medetur visceribus clibadium.
	Εἰ πρόσω χειράγρα αἴρεται, οὐκ ἄλλων φαρμάκων χρείαν ἔχομεν.	Si porro chiragra tollitur, non opus habemus aliis remediis.
	Ψύασαν φορύων νοτίδα ἕξεις.	Latum piscem pinsens humorem habebis.
	Θοοὶ κυψέλης οὖροι εἰσὶν αἰγίθαλλος καὶ ἀνθρήνη.	Acuti sunt alvearis apum inspectores parus & crabro.
	Ἐκ πόρτιος βοῦς γίνεται.	Ex vitulo bos fit.
490	Ἀγαπᾷ μέλι ἄρκτος.	Mel diligit ursus.
	Ὄροβοι, ἀκοστὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὄσπρια ζώων στηρίζουσι βιοτήν.	Ervum, hordeumque, & alia legumina animalium corroborant vitam.
	Ζωῆς σῆμα κρότος.	Vitæ signum pulsus est.
	Ἐν νήσῳ σκαριφεύσει.	In Insulâ oletum punctim cædit.
	Χειμῶνα φεύγοντες καὶ ὄμβρον γέρανοι, πέτονται ἐπὶ ῥόον ὠκεανοῦ.	Frigus fugientes & imbres grues ad oceani fluenta volant.
495	Οὐ ποιεῖ ἔαρ μία χελιδών.	Una hirundo non facit ver.
	Μυδάει μάλιστα κνισμένη.	Putrescit allii caput resectum.
	Νάρδον ἀμέλγει ἄπειρος.	Nardum immaturè carpit imperitus.
	Ἄριστος ἐρίφου φύλαξ ὁ λύκος.	Optimus hœdi custos est lupus.
	Λόφος κἂν λεῖος ᾖ, μάσθλης ὀφείλεται.	Cervix jumentorum, licèt glabra sit, tamen habenis debetur.
500	Ἀλάβαστρον εἰ μὴ λευκὸν, οὐ καλόν.	Alabastrum nisi album sit, non est bonum.
	Οὐ πᾶς ὁ κάνθων μύκλας ἔχει.	Non omnis asinus lineas nigras in collo habet.
	Ζεύγνυται τῷ σίτῳ ζιζάνια.	Junguntur cum tritico zizania.
	Μηκᾶσθαι πρόβατα οὐκ ἄνθρωποι ἔθουσι.	Balare oves solent, non homines.
	Τὰ ὦτα ὄνον δηλοῦσι.	Ex auribus cognoscitur asinus.
505	Κοσμὸν προστιθοῦσι κάλχη σίγλαι τε.	Flos, quo tingitur purpura, atque inaures ornatum superaddunt.
	Ἴπτει λήϊον ὕων πολλά.	Lædit nimia pluvia segetes.
	Κυρτῷ ῥάμφει σύλην αἰγύπιος ἁρπάζει.	Adunco prædam rostro vultur rapit.
	Κόπρῳ ἀλισγεῖ οἶκον κολοιός.	Stercore polluit nidum monedula.
	Ὑλάκαν ἄμβων ἠδὲ κάμαξ οὐκ ἰαίνουσι.	Vitis pedamentum & supercilium petræ non exhilarant vomerem.
510	Γαργαίρει θύννος ἐν κακκάβῃ.	Splendet in oleâ testaceâ thynnus.
	Ὀδεῖ καὶ ἱέραξ τοὺς σκύλακας αὐτοῦ.	Docet etiam accipiter pullos suos.
	Ὀστέα πιμελῇ κεκαλυμμένα γαλέαι τρώγουσι.	Ossa pinguedine obducta feles arrodunt.
	Αἰγωλιὸς ἐν σπείρᾳ κοράκων.	Ulula in cœtu corvorum.
	Χαίρει λέων μεγάλης ἄγρας κύρσας.	Gaudet leo, ubi magnâ prædâ potitus est.
515	Ἐλαίαν ἐν κήπῳ τρέφων μόνος ἀμέργει.	Oleam in horto fovens solus amurcam exprimit.
	Ὀγκᾶται μόνος ὁ κάνθων.	Solus asinus rudit.
	Στελὶς πίτυος ἱδρός.	Viscum pini sudor est.
	Σμαρίδα ἀθετῶν κῆτος οὐκ ἕξει.	Qui smaridem aspernatur, neque cetum habebit.
	Γάγγλιον ἔρνος θάλλον οὐκ ἀκεῖται.	Nervi contortionem planta virens non sanat.
520	Οὐχ ἅπαν τὸ μαρμαῖρον χρυσός ἐστι.	Non omne id quod fulget aurum est.
	Χῆνα ἀποστείλας, χῆνα ἀπολήψῃ.	Anserem emittens, anserem recipies.
	Οὐ φυσᾶται μολγός.	Flatu distendi bulga nequit.
	Κτίλος τῶν οἰῶν ἡγεμών ἐστι.	Aries ovium dux est.
	Θρόνα ἐν ὄρχῳ, πολλὴν ἡδονὴν τίκτει.	Flores in horto magnam pariunt voluptatem.
	Ὁρμιᾷ ὄνον ῥᾳδίως δήσεις.	Tenui funiculo facilè asinum ligabis.
525	Ὀρχοῦνται κλάδοι ὄρπηκος κοφθέντος.	Tripudiant surculi stolone amputato.
	Σκίλλαν σκολόπενδρα στείβει.	Calcat squillam scolopendra.

Ἡ λύζουσα ὀρνιθὶς οὐκ εὐθέως νοσσία ἔχει.	Singultiens gallina non statim pullos habet.
Θύμον ἰάπτοντα εἰς κῆπον σοῦ μὴ ἴαπτε.	Nocentem thymum ne in hortum tuum mittas.
Καὶ ὀροντίου ὀπὸς χρήσιμος.	Orontii quoque succus utilis est.
Οὐχ ὁμοία τῷ ἐρεβίνθῳ γαλίοψις.	Haud similis est ciceri galiopsis.
Οὐ τρέφει Θάσος θάψον.	Thasus insula herbas ad tingendum aptas non habet.
Λείρια σῆψις φθίνει.	Corrumpit lilium fœtor.
Τείρει στόμαχον τεῦθος.	Affligit stomachum loligo.
Κηλεῖ ἔγκατα ἰξύν τ' ἰσίκιον.	Mulcet viscera lumbumque isicium.
Οὐχὶ ἄσκεις μαρμαίρων μήκωνα δρέπει.	Non quivis anxiè cogitans papaver decerpit.
Νοσσὶς κακκάβη οὐκ ἔστι, εἰ μὴ κάμνει.	Non est tarda perdix, nisi ægrotet.
Ῥόδον μελίσσαις μὲν γλυκὺ στάζει μέλι·	Apibus quidem dulce stillat mel rosa;
Ἔνθεν δ' ἀράχνης αἰανὸν ἰὸν πίει.	Indè verò aranea grave venenum bibit.
Ἀψίνθιον καὶ ἀμάρακος ἑξῆς ἄφθας ἐπείγουσι.	Absinthium & amaracus ordine exulcerationes in oris superficie persequuntur.
Κέδματα καὶ κίσσαν μόνον γάρον μόγις αἴρει.	Diuturnos ex defluxione affectus, & picam, vix tollit garum.
Ἐλλέβορος ἐν πρασιαῖς φύεται.	Nascitur in hortorum areis elleborus.

ΚΕΦ. ιζʹ — CAP. XVII.

Πλοῦτος, Πενία, Εὐδαιμονία, Ταλαιπωρία, Κοσμήματα. — *Divitiæ, Paupertas, Felicitas, Miseria, Ornamenta.*

Εἰς Ἀτυχίαν. — In Infelicitatem.

Πλοῦτος Ἀριστείδῃ δάμαλις μία καὶ τριχόμαλλος.	Opes Aristidæ bucula una & lanigera
Ἦν δ' οἶς· ἐκ τούτων λιμὸν ἔλαυνε θύρας.	Erat Ovis: His famem expulit à januâ.
Ἤμβροτε δ' ἀμφοτέρων· ἀμνὴν λύκος ἔκτανεν, ὠδὶς	Privatus autem est utrâque: ovem enim lupus occidit, partus
Τὴν δάμαλιν· πενίης δ' ὤλετο βουκόλιον.	Buculam: pauper is verò perdidit armentum.
Πηροδέτῳ δ' ὅγ' ἱμάντι κατ' αὐχένος ἅμμα λυγώσας,	Peræ verò corrigia hic circa cervicem nodum flectens,
Οἰκτρὸς ἀμύκητος κάτθανε παρ' καλύβῃ.	Miser expers balatu mortuus est prope tugurium.
Ἐὰν ληκῇ νόμμος εἰς κόρυκον βαλλόμενος.	Si resonat nummus qui in sacculum immititur,
Παπαίων ψυχαὶ ἐξ ᾅδου ἐξαιροῦνται.	Papistarum animæ ex inferno liberantur.
Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ	Aurum sanè & argentum pulvis sunt, & ipsi
Λᾶες ἐπὶ ῥηγμῖνι πολυψήφιδι θαλάσσης.	Lapides in calculosâ maris crepidine.
Δύη καὶ φεύγοντα δράσσει.	Infortunium etiam fugientem comprehendit.
Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης δουλοῦται ταχὺ πάντα.	A necessitate omnia in servitutem rediguntur brevi.
Μένει ἕκαστον τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν.	Manet unumquemque id quod passurus est.
Γλισχρὰ τύχης βήματα.	Lubrici sunt fortunæ gressus.
Οὐκ αἰεὶ ποθῇ κόχλαξ ἀκολουθεῖ.	Non semper desiderio satisfacit calculus.
Χίλιαί ποτε δύαι εἰσὶ παρὰ ἄλεισον καὶ χεῖλος.	Vel mille calamitates sunt inter calicem & labia.
Οὐδεμία δύη ἥκει μόνη.	Nullum infortunium solum.
Ἰοῦ, ἰξὸν φεύγουσα ὄρνις βρόχῳ ἐκύρσε.	Eheu, viscum fugiens avis in laqueum incidit.
Νεῦρα Ἄρεος ἄργυρος.	Nervi belli argentum est.
Τῷ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.	Fortunato omne solum patria est.
Ἅπαντες ἐν θαλάσσῃ κακῶν πλέομεν.	Omnes in malorum mari navigamus.
Τὰ χρήματα ἐστὶ ψυχὴ δειλῶν ἀνθρώπων.	Opes sunt vita improborum hominum.
Κάκιστος θυσάνων κόσμος ἰλύς.	Pessimus fimbriarum ornatus est cœnum.
Ὁ νόμμος ἐστὶ ψυχὴ καὶ γάνος βροτῶν.	Nummus est anima & lætitia mortalium.
Οὐ πᾶσα ἡμέρα ἄνευ ζημίας.	Non omnis dies damni expers est.
Τοῖχον χρόα κοσμεῖ.	Parietem color exornat.
Μὴ μοι γένοιθ' ἃ βούλομ', ἀλλ' ἃ συμφέρει.	Ne mihi contingant, quæ volo, sed quæ sunt utilia.
Αἰπεῖς πύργοι ἄστεός εἰσι κόσμοι.	Altæ turres civitatis sunt ornamentum.
Ἀργαλέον πενίη κακόν, ἄσχετον, ἣ μέγα πολλὸν δάμνησι λαόν.	Grave paupertas malum est, & intolerabile, quæ magnum domat populum.
Ὀρφανοὶ ὡς ἄνεμοι πολλάκις ἀλῶνται, ζωμὸν οὐκ ἔχοντες.	Orphani sicut venti sæpenumerò vagantur, non habentes jus esculentum.

Τύχης

Τύχης κινούσης θαιρὸν εὖ πράττομεν.		Fortunâ cardinem movente benè nobiscum agitur.
Λιμὸς, λοιμὸς καὶ πόλεμος λαοῦ εἰσι λοιγός.		Fames, pestis & bellum populi sunt pernicies.
Λίθους καὶ ἀγάλλοχον πολλάκις τίουσι καὶ πρεσβύτεροι.	575	Gemmas & Arabicum lignum juvenes senesque in pretio habent.
Ἰδία οἰκία ἁπάντων ἄριστον.		Propria domus omnium optima.
Αἶσα χρέος φέρει, χρήματα καὶ πλοῦτον αὖ αἱρεῖ.		Mortem Parca affert, opes rursus ac facultates aufert.
Χρήματα ἀνήρ.		Divitiæ virum faciunt.
Εἷμα ἀνήρ.		Vestis virum facit.

ΚΕΦ. ιη΄. — CAP. XVIII.

Χρόνος, Ἡλικία, Ἥβη, Γῆρας, Καιρός. — *Tempus, Ætas, Juventus, Senectus, Opportunitas.*

Ἕσπερος τῆς ἡμέρας τέρμα.	580	Vespera diei terminus est
Τέρσεται ἄγρωστις ὀπώρας μολούσης.		Arescit gramen, veniente Autumno.
Ὀπώραι οὐ καλύπτει κρόταφος.		Ætatem non regunt tempora.
Χιτῶνα χλαῖνάν τε χιὼν καλεῖ.		Tunicam nix lænamque accersit.
Ἄλφα ἡ ἀκαλήφη ἀτρεκὴς αἴθει.		Urit maturè urtica vera.
Ἔχει τὸ ἔτος μῆνας δύω καὶ δέκα.		Habet annus menses duos & decem.
Μιοῦς ἔτη προδίδωσι.	585	Lanugo annos prodit.
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἔσσεται, ἔρχεται χεῖμα.		Non semper æstas erit, venit hyems.
Τέκμαρ αἰὼν οὐκ οἶδε.		Finem ævum ignorat.
Ὥσπερ χρυσὸν τὸ πῦρ, οὕτω καὶ φίλους ὁ καιρὸς κρίνει.		Sicuti aurum ignis, ita etiam amicos tempus judicat.
Ὀλόλυζε σὺν λύκοις, καιροῦ ἀναγκάζοντος.	590	Ulula cum lupis, quando tempus postulat.
Ἀλαῖ λείρια ῥῖγος.		Exsiccat lilia frigus.
Τὸ εὐθὺς χρόνου, μακρότητα βραχύνει.		Longitudinem temporis CONFESTIM abbreviat.
Τρέχει λυκάβας θηρὸς δίκην.		Feræ instar annus currit.
Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.		Consule vir, fac vota senex, juvenisq; labora.
Χειμὼν ὅταν παράγηται, θώρακα μὴ θρύπτε.	595	Cum appropperat hyems, thoracem non lacerabis.
Ἄχρις ἂν στίλβῃ ἠὼς, θρόνα μείρακες ὀτρυνόμενοι λέγοντε.		Dum aurora fulget, moniti adolescentes flores colligite.
Ἰγνοῖ γόνυ τὸ γῆρας.		Incurvat genu senectus.
Τὴν ἀκμὴν ἴουλος ὡς τὸ μάλιστα σημαίνει.		Ætatem plerumque indicat lanugo.
Τὰ ὠγύγια ἄριστα.		Antiqua sunt optima.
Ἡμέραι ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.	600	Posteri dies testes sunt sapientissimi.
Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποις βάρος.		Grave senectus est hominibus pondus.
Εὖ σοι τὸ μέλλον ἕξει, εἰ τὸ παρὸν εὖ τιθῇς.		Si præsens benè collocaveris, de futuro tibi dubium non erit.
Ἡλικία ῥέει ὡς ἄνθος ἔαρος.		Vigor ætatis fluit ut flos veris.
Δείλη τὸ πόσον ὑφῆς φαίνει.		Vespera quanta pars staminis confecta sit, ostendit.
Πολιὰς τρίχας σκύλλειν, ἀσεβές.	605	Molestiam exhibere canis crinibus impium est.
Ὥρα ὥραν μετώθει.		Hora (seu tempus) curam imminuit.
Ὅπου κρύσταλλος, ἐκεῖ χεῖμα.		Ubi glacies, ibi hyems.

ΚΕΦ. ιθ΄. — CAP. XIX.

Ὕλη παμμιγής: — *Miscellanea.*

Ἀστυφὸν μὲν φάρμακον ἀναίνεται ἀμνίον, αὐτὰρ βάλσαμον οὐδέποτε.		Foetum involvens membrana austerum quidem renuit medicamentum, sed nequaquam balsamum.
Βλάπτει ἴλλυς αὐγλήν, ὠστίνη τοῦ ἡλίου στιλβόντων.		Subalba cicatrix oculos lædit, fulgentibus Solis radiis.
Οἱ ὑφαίνοντες ἀγνῦθας οὐ λείπουσι.	610	Ponduscula textrinarum non linquunt textores.
Γέλγη ἐν ἀγορᾷ ζητοῦνται.		Variæ merces in foro quæri solent.
Κακίστη ἐκ μύξης ἰκμὰς μύρει.		Pessimus humor ex mucore fluit.
Βαρύτερον μολίβδου ἐστὶ καὶ πτίλου ψιλότερον.		Plumbo gravius est, & pennâ levius.
Ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὦτα κωφοῦσθαι, μανικόν.		In febre acutâ surdescere, furiosum.

Ὠχροὶ

Ὠχροὶ, ἰσχνοὶ, πτυαλίζοντες, ἐν τούτοισι ἐν ὕπνῳ σιν ἱδρῶτες ἀγαθοί.	615 Pallidi, graciles, sputantes, in his per somnum sudores boni sunt.
Οὐ διαίνει ῥῖγος ψίαθος.	Non propulsat frigus storea.
Τί αὐγῇ καὶ ζόφῳ;	Quæ splendori cum tenebris communio est?
Ἀκὴν μᾶλλον ἢ τὸ καμπύλον ὀλέσει ἀρβύλος.	Aciem potiùs quàm curvitatem scalprum amittet.
Τόσον διαφέρουσι κοῖλα καὶ ῥαιβοειδῆς, ὅσον τὸ ἀργὸν καὶ τὸ μέλαν.	Tantum est discrimen inter concavitatem & convexitatem, quantum est inter album & nigrum.
Κλασμάτων φύλαξ φορμίς.	620 Fragmentorum custos sporta est.
Αὐλὴ οἰκίας σέμμα.	Vestibulum domûs ornamentum est.
Τῷ κολυμβῶντι αἱ χεῖρες εἰσὶ κῶπαι.	Urinatori manus sunt remi.
Μαγὰς πένθον φυγαδεύει.	Expellit luctum magas.
Πύθει μαμμηρὰ σαθέριον.	Putrefacit mamera satherium.
Ψύχει ἡδέως σῶμα ψίθυρος.	625 Frigefacit suavitèr corpus susurrus.
Ἀθρόαν οὐ πάσχει χάλαζαν ἀθήρ.	Concervatam non patitur grandinem arista.
Σμικρὰ ζύμη ὅλον φύραμα ζυμοῖ.	Pusillum fermenti totam conspersionem fermentat.
Ναρτάλη λωΐων κάρδοπος.	Mactra nartale vase melior est.
Λύχνος τῆς λύγης ἐχθρός.	Adversatur tenebris lucerna.
Οὐ κόκκυλα βραβύλα κνίζει.	630 Pruna damascena non comminuit radula caseo destinata,
Σίδηρος διάπυρος μάχαιρα ἐστίν.	Ferrum ignitum instar gladii est.
Ἴζησιν ἐν πυθμένι νεὼς μάτην.	Clavum quo educto aqua è navi effluit, in navis fundo quæras.
Ἀγκύλης ἄτερ ἀγρεύσῃ ἰχθύας οὐχ ἁλιεύσεις.	Curvo sine hamo pisces non capies.
Τὸ ὅλον ψαύδεος μεῖζον.	Totum parte majus est.
Κρίνον σφῦρα μὴ κρανεῖ.	635 Lilium malleus non perficiet.
Ἀπαλλαὶ ἱεραὶ ἀμάλλῃ κρόνων ὕθλοι.	Conciones sacræ manipulo delirorum nugæ sunt.
Μὴ νότος νοτίδος νότος.	Non est auster sine pluviis.
Κάμπτει εἰς ποτὲ γνώμην ὁ ἀγωνιστής.	Flectit interdum sententiam cursor.
Χαλκείῳ πόδας τρίπους τίθησι.	Aheno pedes supponit tripus.
Ψαλίδι τρίχα οὐ τμήσεις.	640 Forfice filum non resecabis.
Τοῦ ἔτνους ἐσθίειν ἀδαήμων παυέτω.	Pulmentum edere qui nescit desinat.
Κοίρανος δακτύλων λιχανός ἐστι.	Princeps digitorum medius est.
Ἀντὶ ἅρματος ἵπποις χρῆται ἱππεύς.	Loco currûs, equis utitur eques.
Οὐκ ἄνευ αἰχμῆς δόρυ.	Non est hasta absque cuspide.
Οὐκ ἔστιν ἄγκυρα γάλλοις βυσέε.	645 Non est collis spadonibus anchora.
Βορέαν ἅλως οὔποτε εὐδίαν τίθησι.	Orbis circa lunam præsupponit ventum, non serenitatem.
Μητέρος δείκηλον θυγάτηρ.	Matris imago filia est.
Ἕλικος ἡνία οὐ δέεται.	Habenâ ramus non rigatur.
Δρέπων κορυφὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασῶν ἀγλαΐζεται καὶ μουσικῆς ἐν ἀώτῳ.	Decerpens summitates ex singulis virtutibus etiam Musices in flore resplendet.
Ἄγγαροι εἰς χώραν ἄγνωστον χωρήσαντες ἀγᾶσι τὰ ἱμάτια ἀνθρώπων.	Tabellarii in ignotam profecti regionem 650 vestes hominum mirantur.
Ἀμαυρὸν ἔρεθος ὁ ἀριθμὸς οἰζυρός.	Obscurum infaustus numerus tegit.
Αἴνεται ἰκμάδι αἴγειρος.	Gaudet humore populus.
Κῆρ μὲν ἐνίοτε κόμπος, ἀλλ' οὐ λιμὸν ἐλαφρύνει.	Cor quidem aliquandò crepitus, sed non famem decipit.
Νίφει γυίαν ψιάς.	Madefacit arvum roris gutta.
Ἀεὶ τὸ ἔσχατον κέρκος.	655 Cauda semper extremum est.
Ἦτρια κύστιν ἔχει.	Imæ parti ventris vesica inest.
Θηρίοις νάπος ἤθη δίδωσι.	Lustra feris saltus præbet.
Ἐκ μυελοῦ ἀλκὴ, ὥσπερ ἐκ πηγῆς, ἀναθεῖ.	E medullâ robur tanquam ex fonte salit.
Λεσβιάζειν κοάλεμον λάπη ἀναγκάζει.	Lesbiorum mores obscœnos imitari stultum cogit pituita.
Σύφαρ ἔχεως ψαφαρὸν ποιεῖ.	660 Anguis exuvium suber aridum reddit.
Θαυμάζουσι Σῆρες ἀκροώμενοι Σατύρους.	Colunt Seres audientes Satyros.
Σπολὰς ταρρίνθος ἀμείνων.	Vestis pellicea crate melior est.
Κόλουρον μυκτῆρα ὁ λούων φρονεῖ.	Mutilatum nasum lavans sapit.
Ψὶξ ὠμοῦ κρέατος στόμαχον βλάπτει.	Frustulum etiam crudæ carnis stomacho nocet.
Κάλων τὸ κύαρ οὐ δέχεται.	665 Non admittit rudentem foramen acûs.
Πέλεκυς ἀρταμοῦ ὄργανον, ὥσπερ τοῦ σιδηρουργοῦ σφῦρα.	Securis lanii instrumentum est, sicuti fabri ferrarii malleus.
Φαρμάκου οἴνου φύσις ἔρρει.	Mixti vini natura perit.

Ἀδόμας,

No.	Græce	Latine
	Ἀβρὰς πεθοῦσι ἀμόρας θ' οἱ ἐν ἡδονῇσι ζῶντες.	Placentas appetunt, & coctas melle similas, qui in deliciis vivunt.
	Πρὸς ἠϊόνα πίπτων ἀκρέμων γῆν καὶ ἅλα κινεῖ.	Propè littus cadens grandis ramus terram & mare movet.
670	Σπέος οὐκ ἄνευ δνόφου.	Spelunca non est tenebrarum expers.
	Σοῦ φωνὴ κρατίστη ὄρνιθας σοβεῖ ἁπάσας.	Tua vox fortior omne volucrum genus abigit.
	Σπιλὰς θόλον μιαίνει.	Sordes turbidæ ædificium conspurcant.
	Ἀσθενεῖ ὁ βραχίων οὐτωμένου ἀγκῶνος.	Ubi vulneratus est cubitus, brachium est infirmum.
	Οὐ πᾶς φαρμακοπώλης κρόκον πωλεῖ.	Non omnis pharmacopola crocum vendit.
675	Κύβοι κρημνὸν ἀπειλοῦσι.	Tesseræ præcipitium minantur.
	Λιγὺς λίγυς λυσιπέλεως σμῶξιν σφάλλει.	Argutus Ligur securis ictum decipit.
	Ὁ Κρόνος κρόνων γενετήρ.	Saturnus morosorum est genitor.
	Τόξον ἄκων τρίζει, πρωκὸς δορὰ οὐδέποτε.	Arcus jaculum stridet, hinnuli corium nequaquam.
	Θεράπων ἀμβλὺς λεκίθῳ χρίμπτειν λευκανίαν ὀφείλει.	Servus obtusus vitello ungere gulam debet.
680	Ὃς διάζεσθαι οὐ θέλει, λιτὸς δύσεται.	Qui stamini, quod deest, addere non vult, subtili ac tenui lintèo carebit.
	Γαῖσον θίβῃ μὴ ἔμβαλλε.	Gæsum fiscellæ ne immittas.
	Οὐδὲν δηναρίου ἰκρίον ὠνήσῃ.	Nullam denario tabulam emes.
	Ναύτης ὢν Ποσειδῶνα ἱλάσκου.	Nauta qui es Neptunum placato.
	Μικρὰ μὲν σμίλη, ἀλλὰ στίλης οὐ πωλεῖται.	Scalprum magnum quidem non est, attamen minimo pretio non venditur.
685	Ἰνεῖ γαυλὸν καῦνος.	Evacuat sors mulctram.
	Κόαξ καὶ κοῖ σπάταγγον ἄγουσι.	Coax & coi spatangum agunt.
	Ὕ, ὕ, τονθαλέου ῥινὸς αὐδή ἐστι.	Hy, hy, fervidi nasi vox est.
	Οὐδ' ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα ἐποίησεν, οὐδ' ἐγώ.	Neque hic aut ille fecit, neque ego.
	Ἐκ πλευρᾶς Ἀδάμου ἡ Εὔα γεγένηται.	E latere Adami Eva facta est.
690	Ἐρμεῖ ἐλλέβορος λειχῆνα.	Inhibet Helleborus lichenem.
	Σπαργᾷν χοῖνιξ λέγεται οἴνου πληρωθεῖσα.	Tumere chœnix dicitur vino repleta.
	Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν.	Non emerem ullâ ratione mortalem.
	Ὀδόντας τριάκοντα καὶ δύο ἔχει ἄνθρωπος.	Dentes homo triginta & duos habet.
	Δέπας τῷ Διονύσῳ, καὶ τῷ Πλούτωνι βᾶριδα.	Poculum Baccho, & navigium Plutoni.
695	Ἥραν ἰσαλὴ οὐ κάζει.	Non exornat Junonem vestis è pelle caprinâ.
	Σκάνδιξ χυλὸν, οὐ φελλὸς δίδωσι.	Succum dat scandix, non suber.
	Ὅπου δαγὺς ἐκεῖ κρύος.	Ubi glacies ibi frigus.
	Λεκάνης καὶ ἄμβικος χρεῖαν ταμίας οἶδεν.	Catini & ollæ usum promus condus novit.
	Σφαλερὸν ἔδεσμα νεφρός.	Ren ferculum periculosum est.
700	Ἄγχι αἰγιαλοῦ λέμβος θέει.	Prope littus currat lembus.
	Μαγείρου σῆμα τομεύς.	Ex cultro incisorio cognoscitur coquus.
	Κροσσὸς ἐσθῆτα κρατεῖ.	Fimbria vestem continet.
	Σφύζουσι ἀρτηρίαι γινομένου κινήματος.	Facto motu arteriæ saliunt.
	Ἦκα ἄρδει ἀμάρα ἤπειρον.	Leniter irrigat aquæ ductus terram continentem.
705	Οἰχομένῳ σέλατι ἐν ὥρᾳ ἀδινὸς δνόφος ἕπεται.	Decedentem splendorem densa in terris caligo sequitur.
	Ἅμαξα τόρμης στερουμένη ὄλλεται.	Perit currus modiolo rotæ privatus.
	Θόρυβον γίγγρας θίασιν τ' οὐκ ὄρει.	Tumultum, cœtumque tripudiantium gingras non excitat.
	Τὸ ῥέγχειν καὶ κοιμᾶν τοῦ αὐτοῦ ζώου εἰσὶν ἔργα.	Stertere & dormire ejusdem animalis opera.
	Βάπτει μὲν ἀσκὸν, ὕδωρ δ' ὑγρὸν δύει πότε.	Mergit quidem utrem, verùm aquam humidam haud subit.
710	Κώθωνι λαμία κύβιτον βλάπτει.	Poculo saga os cubiti lædit.
	Ξύλον ἄνθραξ οὐ πρήθει.	Lignum carbo non accendit.

ΚΕΦ. κ'. — CAP. XX.

Θάνατος, Ζωή. — *Mors, Vita.*

No.	Græce	Latine
	Κιρσὸν κνίζειν κινδυνῶδες.	Varicem scindere periculosum.
	Ἐκ τοῦ κεραμέως μέροπές εἰσιν ἅπαντες.	Ex argillâ omnes homines facti sunt.
	Ὡς χόρτος, οὕτω καὶ βροτὸς σκέλλεται.	Ut fœnum, ita & homo arescit.
	Κούφη σκιὰ, καὶ ἀτμίς ἐστιν ἀνδρῶν βίος.	Vana umbra & vapor est hominum vita.
715	Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, ὡσεὶ ἡ ἀγέλη βοῶν τῶν λαρινῶν σφαζομένων.	Omnes morti servamur, velut armentum boum saginatorum mactandorum.

Ὀξὺς ὑγιὴς οὐδέποτε νοσεῖ.	Si sanus is est, cui caput acutum est, nequaquam ægrotat.
Τέφρα ἄνθρωπος, ἄνθος ϗ πέμφιξ.	Cinis homo est, flos & bulla.
Ἁπάντων Χάρων κάλπιν βάπτει.	Omnium Charon urnam submergit.
Ἐν θάμνῳ νεκρὸν μὴ θάπτει.	In fruticeto mortuum nè sepelias.
Τῶν θνητῶν βίος σποδός ἐςι ϗ καπνός.	Vita mortalium cinis est & fumus.
Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.	Sua cuique vita obscura est.
Ζάγκλῃ μοίρᾳ ὀξείᾳ πᾶν βροτῶν γένος ἀμᾷ.	Falce mors acutâ omne mortale genus metit.
Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.	Constans nihil in vitâ videtur esse.
Νεκρὸς οὐ δάκνει.	Mortuus non mordet.
Οὐδεμία πόα, ἢ βία, τοῦ θανάτου βέλη κλάσει.	Nulla herba, aut vis, mortis tela frangit.
Πρηνὴς χθόνα ἀθρεῖ.	Pronus terram spectat.
Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε ϗ ἀνδρῶν.	Qualis foliorum generatio, talis etiam virorum.
Ἀΐζειν δεῖ, ὃν βάσανος τοῦ ᾅδου πιέζει.	Exhalare eum oportet, quem mortis tormentum premit.
Νέκυν κτέρεα μὴ εἰς τέλος ἀθέτει.	Patrui exequias nè omninò asperneris.
Λυκάβαντας μηνύει φαρκίς.	Annos ruga indicat.
Πάντα γέλως, ϗ πάντα κόνις, ϗ πάντα τὸ μηδέν.	Omnia risus, & omnia pulvis, & omnia nil sunt.
Σμύχει πρόκα σίλεχος σμίλαξ.	Celeritèr cadaver taxus venenata consumit.

Dicta septem Græciæ Sapientum.

SOLON.	Γνῶθι σεαυτόν. Nosce teipsum.
CHIL.	Τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου. Finem videre vitæ longævæ.
PITTAC.	Καιρὸν γνῶθι. Occasionem cognosce.
BIAS.	Οἱ πλεῖους κακοί. Plures sunt mali.
PERIANDER.	Μελέτη τὸ πᾶν. Industriæ nihil impossibile.
CLEOB.	Ἄριστον μέτρον. Modus est optimus.
THALES.	Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη. Sponde, prope est damnum.

TABELLÆ DIALECTORUM.

QUATUOR numerantur Græcæ linguæ Dialecti, five loquendi formæ præcipuæ pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ communi in nonnullis variant; nimirùm, Attica, Ionica, Dorica, Æolica. Præter quas suam Dialectum & idioma in quibusdam habuerunt Poëtæ, quæ omnes, quod ad terminationes partium orationis spectat, sequentibus tabellis subjiciuntur. In reliquis verò cùm tanta sit varietas, ut regulis comprehendi vix possit, singularum proprietates insigniores breviter proponere sufficiat.

Attici mutant
- σ in ξ, ut ξὺν pro σὺν· σσ in ττ, ut θάλαττα pro θάλασσα. σ in ρ, ut ἄρρην pro ἄρσην, *vir*: & contractionibus imprimis gaudent.

Iones ponunt
- η pro α, ut φιλίη pro φιλία, *amicitia*.
- ε pro α, ut γελέω pro γελάω, *rideo*.
- & contrà α pro ε, ut τάμνω pro τέμνω, *seco*.

Ex consonantibus κ pro π, ut κῶς pro πῶς· π pro φ, ut ἀπαιροῦμαι pro ἀφαιροῦμαι: contractionibus prorsus abstinent, & diphthongos resolvunt.

Dores usurpant
- α
  - pro η, ut φάμα pro φήμη, *fama*.
  - pro ε, ut πιάζω, pro πιέζω, *premo*: γα pro γε, ut ἔγωγα pro ἔγωγε.
  - pro ω, ut μωσᾶν pro μουσῶν, *musarum*: πρᾶτος pro πρῶτος, *primus*.
  - pro ει, ut κλᾶδας pro κλεῖδας, *claves*.
- η pro α, ut ζῆν pro ζᾶν· & pro ει, ut κοσμῆν pro κοσμεῖν.
- ω pro ου, ut μῶσα pro μοῦσα, *musa*: & pro ε, ut ὤνεκα pro ἕνεκα.
- αι pro ει, ut αἴθε pro εἴθε, *utinam*.
- ευ pro ου, ut ἀλεῦμαι pro ἀλοῦμαι, *saliam*.
- οι pro ου, ut τύπτοισα pro τύπτουσα.

Ex consonantibus σδ pro ζ, ut συρίσδω pro συρίζω· σ pro θ, ut σεὸς pro θεὸς· κ pro τ, ut πόκα, ὅκα pro πότε, ὅτε, *aliquando*: & contrà τ pro κ, ut τῆνος pro κεῖνος, *ille*.

Æoles utuntur
- ω pro ο, ut κῶρος pro κόρος, *puella*.
- & contrà, ο pro ω, ut ἔρος pro ἔρως, *amor*.
- ε pro α, ut θέρσος pro θάρσος, *audacia*.
- αις pro ας, ut καλαῖς pro καλὰς, *bonas*.

Ex consonantibus ππ pro μμ, ut ὄππατα pro ὄμματα, *oculi*: & β ante ρ, ut βράκος pro ῥάκος, *cento*.

Accentum in priores syllabas retrahunt, ut κάλος pro καλὸς; & aspirationem rejiciunt, ut ἤλιος pro ἥλιος. atque pro ι consonantem sequentem geminant, ut σπέρρω pro σπείρω, χέρρες pro χεῖρες.

Poëtæ non solum peculiarem in quibusdam habent Dialecticum, sed etiam Dialectos commiscent. Homerus Ionicæ, quâ maximè utitur, reliquas admiscet; Pindarus Doricus alias etiam Dialectos adjungit; Aristophanes Atticus, ut etiam Euripides, Sophocles, & Æschylus in choris & cantilenis subinde sunt Dorici.

FIGURÆ.

FIGURÆ DICTIONIS.

PROSTHESIS.

PROSTHESIS est litera vel syllaba principio dictionis addita, ut τέταγων pro ταγὼν, à τάζω, apprehendo; σμικρὸς, parvus, pro μικρός.

APHÆRESIS.

Aphæresis est, cum litera vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ut ὁρτὴ, pro ἑορτὴ, festum, ἱρὸς pro ἱερὸς, sanctus.

SYNCOPE.

Syncope literam vel syllabam è medio dictionis subtrahit, ut εὕραμεν, pro εὑρήκαμεν, invenit, ἐγένατο, pro ἐγεννήσατο, natus est.

EPENTHESIS.

Epenthesis est, cum medio dictionis litera aut syllaba subtrahit, ut ἔλλαβε pro ἔλαβε, sumpsit; ὁππότερος, pro ὁπότερος, uter; ξεῖνος, pro ξένος, peregrinus.

APOCOPE.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut δῶ, pro δῶμα, domus; Ποσειδῶ, pro Ποσειδῶνα, Neptunum; βρῖ, pro βριαροὶ, robusti.

PARAGOGE.

Paragoge est, cum extremæ syllabæ aliquid adjungitur, ut ἦσθα pro ἦς, eras; τύπτεσκε, pro ἔτυπτε, verberabat.

METAPLASMUS.

Metaplasmus est mutatio ultimæ syllabæ in eodem casu, ut κλάδι, pro κλάδῳ, ramo, Metaplasmus verò generis est quævis mutatio in dictione per Poëticam licentiam.

ANTITHESIS.

Antithesis (nonnulli ἀντιστοίχον vocant) est literæ commutatio, ut πόρσω, pro πόῤῥω, procul; Θάλαττα, pro Θάλασσα, mare.

METATHESIS.

Metathesis est literarum ordo immutatus, ut ἔρξω, faciam, pro ῥέξω, à ῥέζω; ἔπραθον, pro ἔπαρθον, à πέρθω, vasto; ἔδρακον, à δέρκω, video; καρτερὸς, pro κρατερὸς, fortis; κάρτος, pro κράτος, robur.

SYNALOEPHA.

Synalœpha est elisio quædam vocalis ante alteram in diversis dictionibus, ut τἀμὰ, pro τὰ ἐμὰ, mea; τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα, nomen; θοἰμάτιον, pro τὸ ἱμάτιον, vestimentum.

ANADIPLOSIS.

Anadiplosis (id est, reduplicatio) est primarum vel secundarum syllabarum repetitio, ut κεκάμωσι, pro κάμωσι; ἀταρτηρὸς, pro ἀτηρὸς; ἐτήτυμον, pro ἔτυμον.

Constantini Rhodocanacidis Chiensis

TRACTATUS

DE

RESOLUTIONE VERBORUM.

ΓΝωριστικὴ καὶ ἀναλυτικὴ τῶν ῥηματικῶν πτώσεων χρυσολογία· hoc est, modus singularis inflexa verba cognoscendi, & illa in sua Themata brevissimè & sine errore deducendi: In quo fructus Regularum percipitur, & unitas conjugationis Barytonorum cognoscitur.

In tradendis Regulis quibus Themata flectuntur in cæteris personis & modis, docuimus modum compositionis verborum; hìc verò docemus modum resolutionis illorum, cujus beneficio quodlibet verbum seu Thema facilè reperitur. Ex supra-dictis igitur Regulis facilè est deprehendere quòd illa in suâ flexione & formatione tripliciter immutentur: nimirum,

Init. In initio (licèt hoc non omnibus contingat) in fine, & in medio, idque in omni voce, viz. activâ, passivâ, & mediâ: in initio, quia solent recipere incrementa syllabica, & temporalia, ut λείπω, ἔλειπον, λέλοιπα, ἐλελοίπειν· in quo exemplo Thema λείπω in uno tempore excrevit unâ syllabâ, & in altero duabus à parte ante: & Ἄδω, ᾖδον, ᾖκα, ᾔκειν, in quo exemplo non numerus syllabarum, sed quantitas vocalium crescit: hoc est, vocales producuntur, sicut & ἐγγύζω, ἤγγυκα· ὀρύσσω, ὤρυχα· nam α ε & ο in præsenti sunt breves, & in præterito mutantur in longas.

Fin. In fine verò, quia solent recipere terminos, necnon consonantes terminales, quibus Thema crescit interdum unâ syllabâ, ut τύπτω, τύπτομεν· interdum duabus, ut τυπτόμεθα· primum verò & secundum futurum cujuslibet verbi in passivâ voce crescunt tribus syllabis in fine, nullâ habitâ initii ratione; e. g. τυφθησόμεθα, τυπησόμεθα· idem numerus invenitur etiam in illis verbis quæ incipiunt ab unâ consonante, vel à duabus, quarum prima est muta, & secunda liquida, habitâ ratione initii & finis, ut ἐλελείμμεθον, λελειψόμεθα, à verbo λείπω. Nam illa verba quæ recipiunt incrementa temporalia, ut & illa quæ nulla admittunt, non crescunt ultra duas syllabas, ut ᾀδόμεθον, ᾔσμεθον, à verbo ᾄδω, & ἤσμεθον, ᾀδόμεθον, à verbo ᾄδω· excepto tamen primo & secundo futuro passivæ vocis, ut supradiximus.

Præthereà, accidit ut figurativæ consonantes verborum rejiciantur, quæ sunt Dentales, ut ᾄδω, ᾄσω, πλήθω, πλήσω, ἀνύτω, ἀνύσω, aliquandò mutantur in alias consonantes, nimirum in suas affines, vel saltem proximas, ut λείπω, ἐλείφθην, λείβω, ἐλείφθην· λέλειμμαι & λέλειμμαι· in quibus exemplis vidimus π figurativam verbi λείπω mutatam fuisse in aspiratam suam affinem φ in aoristo primo pass. & in μ proximam suam affinem in præt. perfecto pass. quemadmodum & β figurativam verbi λείβω mutatam fuisse in φ in aoristo primo pass. & in μ in præt. perf. pass. Etenim quamvis consonans μ sit ex ordine immutabilium, affinis tamen est Labialibus, quoniam beneficio labiorum pronunciatur. Præthereà, accidit ut vocales figurativæ, viz. breves in longas mutantur in aliis temporibus, quæ sunt, α, ε, ο, ut ἀγαπάω, ἀγαπήσω· ἀπορέω, ἀπορήσω· πληρόω, πληρώσω.

Medi- In medio tandem, quia solent recipere mutationes vocalium in quibus longæ mutantur aliquandò in breves, & vice versâ breves in longas, ut λείβω, ἔλιβον· ψάλλω, ἔψηλα· & aliquandò subjunctivæ diphthongorum rejiciuntur, ut φαίνω, ἐφάνην· & aliquandò præpositivæ, ut λείπω, ἔλιπεν· φεύγω, ἔφυγον· & aliquandò adduntur subjunctivæ, ut μένω, ἔμεινα· στέλλω, ἔστειλα· & aliquandò nil rejicitur, aut producitur, sed tantum fit mutatio brevis in aliam brevem, ut λείπω, λέλοιπα· στρέφω, ἔστροφα.

Quoniam

Quoniam verò σ inter terminales consonantes (quæ unà cum illo sunt sex, viz. ϑ, κ, μ, ν, σ, τ,) pro vario usu diversimodè consideratur, necesse est ut illud accuratius hìc examinemus, & nominibus idoneis donemus quæ ejus officia significent, eo, viz. fine, ut in investigando Themate Regulæ plenius intelligantur.

In nostris Regulis mentionem fecimus τῦ σ, quod in genere & καθόλου vocavimus Servile, ob ipsius multiplicem & maximum usum. Postea subdistinximus istud in Explicitum, Implicitum & Potentiale: hoc σ invenitur in activâ & mediâ voce. Prætereà in pass. voce tribus (diversis à prioribus) modis consideratur. Nam in secundâ personâ præter. perfecti passivæ vocis reperitur σ. quod (si placet) vocetur Terminale, eo quod semper sit annexum suo termino αι. viz. σαι, ut τετίμημαι, τετίμησαι. Dein datur σ quod semper subsequitur dentalem aspiratam ϑ; nam si quis velit inspicere terminos omnes pass. vocis qui solent incipere à ϑ, vel ab α & ι, quas vocales subsequitur; nullum reperiet qui non habet hoc σ terminale, ut τύπτεσθον, τετύπησθον · vel figurativam Thematis, ut ἔψαλτον. Et hoc σ (si velis) vocetur Philothetum, & reperitur etiam in voce mediâ. Datur postremò σ quod reperitur in primâ personâ præterit. perfecti passivæ vocis, & interdum non (prout in Regulis nostris declaravimus) quod ideò nominabitur Hotethetum. In his quæ de σ diximus elucescit utilitas & potestas τῦ σ, quam omnes Grammatici nominârunt, & nullus hactenus (quem scio) manifestavit.



Hoc prætereà non ignorandum est, figurativas verborum (viz. Labiales & Palatinas) posse etiam dici Implicitas & Explicitas: nam in duplici consonante ψ tres Labiales implicantur, viz. β, π, φ, & in ξ tres Palatinæ, viz. γ, κ, χ.

Quamvis tenues eorum in illis magis exprimantur, quare ubi σ implicitum est, ibi quoque sunt prædictæ figurativæ implicitæ, ut in λείψομαι π est implicita, & per consequens β & φ ob affinitatem: & in ἐλεξάμην κ est implicita, & eadem de causâ γ et χ. Verum in ἐτυπτόμην π, et in ἐλεγόμην γ sunt explicitæ. Ex his omnibus colligitur σ futuri activ. vocis, et σ terminale pass. vocis fieri implicitum quando Labiales et Palatinæ antecedunt illud σ, ut γράψω, γέγραψαι · λέξω, λέλεξαι.

His præmissis, ut facilius inveniatur Thema, quæ sequuntur observanda sunt.

Primò rejiciuntur à parte ante incrementa syllabica seu temporalia (si adsint;) 1.
si enim nulla sint, nulla datur dubitandi causa.

Secundò rejiciantur à parte post termini necnon terminales consonantes, ut et 2.
σ quocunque modo consideratur.

3. Tertiò non omittendum est fieri mutationes vocalium quæ inveniuntur in medio verbi, viz. α restituatur in suam η, ω, vel ε, ubi opus fuerit, ut ἔλαβον, λάβω· ἔτραγον, τρώγω· ἐτράπην, τρέπω· quemadmodum et ε rejiciatur vel addatur ubi necessitas postulaverit, et ο vertatur in ε, vel addatur υ, ubi opus erit, secundùm Regulas traditas de incrementis verborum.

4. Observandum est prætereà, quòd rejectis terminis à parte post in pass. voce & in mediâ, quæ assimilatur illi ratione terminorum, si restat consonans (excepto σ) illa est figurativa vel affinis ei; si verò restat σ, tum hoc σ, licèt quoque rejiciendum, indicabit tamen Dentalem aliquam esse figurativam, vel ζ, vel duo σ, et per consequens duo τ, vel aliquam vocalem mutabilem α, ε, ο, quæ ambiguitas non potest tolli nisi inquisitione Dictionarii vel usu, quamvis aliquot notas afferre possimus, quarum beneficio illa maximâ ex parte diminuetur.

Nota igitur, rejecto ς Terminali vel Hotetheto, seu Philotheto, si restat diphthongus, illa est figurativa: si vocalis ι et verbum sit hyperdissyllabum, tum semper ζ· si verò α, tunc aliquandò ζ, aliquandò α est figurativa: si verò restat η vel ω, tunc horum breves erunt figurativæ, viz. η vertitur in α vel ε et alterutra erat figurativa. Præterea ω vertitur in ο, quod est figurativa; si verò restabat α, ε, vel ο. sæpissimè illæ sunt figurativæ. His igitur benè observatis, et omnibus extrinsecè ritè rejectis, terminatur verbum Barytonum activæ vocis per ω, pass. verò seu mediæ per ομαι, et verbum in μι claudetur per terminum μι activæ vocis, et passivum seu medium per μαι.

Hæc sanè magno erunt nobis auxilio, sed usus excedit inter omnia. Porrò ut faciliùs intelligantur quæ hactenus diximus, sequentem Hypothesin subjungamus.

Supponamus igitur hujusce linguæ candidatum in legendis authoribus incidisse in has dictiones: ἐξαλεῖψαι, ἐκέκαφθε, ὑπερεσάχθην, διηράξαντο, κεκλῶσθαι, διεληλυθότες, μεθαρμοσθέντα, κεκάσθαι, διεχειρισάμην, πεπυκασμένα, ὀστηκότες, ἐπῆρσε, παθήνασθαι, ἐπισημηνάμενος, ἐπανασεισθῆναι, ἐπιλετροπευμένος, ὑπεστοιχισμεθα, ἐῤῥαφέσθω ἀπελαθήσεσθαι, ἀναδραμών, κατεβίω, καταγεὶς, ἀπέδρα, σπαρέβη, etc.

ʼΕξαλεῖψαι. Quod ad primum vocabulum pertinet, cognoscitur esse aor. 1. act. vocis, mod. infinit. à termino σαι, ut τύψαι, quo rejecto, unà cum ς, quod in ψ erat implicitum, restabit π Labialis, cui addito termino Thematico ω restabit verbum ἐξαλείπω, quod si quæratur in Dictionario, non invenietur, sicut et ἐξαλείβω. dicam igitur quod sit ἐξαλείφω, deungo, et per Metaphoram deleo. Nam φ sicut et β ob σ extrinsecum futuri primi (à quo aoristus primus formatur) mutantur in π ob εὐφωνίαν.

ʼΕκέκαφθε. Videmus esse præteritum plusq. pass. ex duplici incremento syllabico ε uno duplicato perfecti, et altero simpliciter repetito plusq. perfecti, et ex termino uno cum terminali θ, ὺt ἐτέτυφθε, quibus rejectis et adjuncto termino communi ω vel ομαι restabit καφω vel κάφομαι, quod beneficio Dictionarii non reperietur, sicut neque κάβω vel κάπω, quod si π addas τ ob εὐφωνίαν, invenies κάπτω, comedo, nam π sicut et β mutantur in φ ob θ sequens terminale.

ʼΥπερεσάχθην. Dico virtualitèr, quoniam ζ & σσ interdum faciunt fut. 1. in ξ, in quo κ est implicitum, & per consequens, γ, χ. Est aor. 1. pass. voc. qui cognoscitur ex termino θ et terminali θην, et incremento syllabico ε ut ἐτύφθην. Etenim in omni imperfecto et aor. primo et secundo modi indicativi nusquam reperietur ε in initio verbi, quod sit vocalis thematica, quia in illis, juxta regulam, vertitur in η. Exceptâ tantum licentiâ Poëtica, ut apud Homerum, ʼΙλιάδ. ῥαψ. ο. ἐρητύοντο τὸν λαὸν, pro ἠρητύοντο, ab ἐρητύω, coerceo. Poëtæ siquidem respuunt incrementa temporalia et syllabica, ut ibidem ῥαψ. χ. ὃν τέκεν αὐτὴ, pro ὃν ἔτεκεν αὐτή, quam peperit ipsa. Θεοὺς ὀνόμηνεν ἅπαντας, pro ὠνόμηνεν, ab ὀνομαίνω, nomino; ῥαψ. ξ. Si igitur rejiciatur incrementum ε, et terminus cum consonante terminali θην, addito termino generali ω, restabit σάχω, quod si quæras in Dictionario, non invenies; imò neque σάγω, σάκω, vel σάζω, quoniam verbum est σάττω, onero, et ὑπερσάττω, satis superque onero: nam γ et κ figurativæ (quæ virtualitèr concipiuntur interdum in ζ vel duo σ) solent mutari in χ ob sequens terminale θ, sicut λέγω, ἐλέχθην· πλέκω, ἐπλέχθην.

Διηράξαντο. Constat esse aor. 1. med. voc. à termino σαντο, unà cum σ quod erat implicitum in ξ, ut τύψαντο, quo rejecto et addito termino communi ω restabit διηράκω, quod non invenies in Lexico, neque διηράγω, διηράχω, aut διηράζω, vel διηράσσω· debes igitur concludere te non advertere incrementum temporale η, quod si vertas in ε, dein quæras iterum nè tum quidem invenies; verso verò in α, reperies esse, ἀράσσω, amputo, abscindo, illido, et metaphoricè impeto; ut ὀνείδεσιν ἀράσσειν τινά. convitiis impetere aliquem; cujus generis verba in præteritis pariunt tyronibus amplam difficultatem: etenim quindecim verba sunt illis inquirenda, scil. ἠράγω, ἠράκω, ἠράχω, ἠράζω, vel ἠράσσω· præterea ἀράγω, ἀράκω, ἀράχω, ἀράζω, sive ἀράσσω· et quinque superiora scil. ἐράγω, ἐράκω, ἐράχω, ἐράζω, sive ἐράσσω. Etenim quæ habent figurativas Palatinas addito σ

ex parte futuri efficerent in illo ξ, juxta Regulam, quæ verò habent pro figurativis ζ vel σσ, ut ex ordine δευτεροτρίτον poterant habere ζ in futuro. Prætereà juxta temporalis incrementi Regulam, vocalis thematica ε vel α verteretur in η, & hoc modo unum verbum in præteritis immutatum, si Thema ipsum & ipsius significationem ignoret, meritò Tyroni imò & cuilibet alteri ad unguem omnes Regulas Grammaticas callenti multifariam creabit difficultatem, quæ non potest superari alitèr nisi usu. Beatior sanè est Lingua Latina, quia longè naturâ facilior, sed χαλεπὰ τὰ καλά.

Κεκλῶσθαι. Præteritum perf. pass. inf. rejiciatur incrementum syllabicum κε, & terminus αι à parte post, cum terminalibus consonantibus σθ, restat κλω· σ verò indicabit esse aliquam figurativam dentalem, vel ζ vel σσ, sed non erit nisi κλώθω, glomero vel neo; quia dissyllabum, ut & πεπρῆσθαι, à πρήθω, incendo.

Διεληλυθότες. Constat esse participium præteriti perfecti, mediæ vocis, numeri pluralis, generis masculini, à termino οτες, & figurativa præsentis, quibus rejectis unà cum ἐπαναλήψει Atticâ priorum literarum Thematis, & verso incremento temporali η in ε, & addito termino ω, restabit διελύθω· sed hoc non est nisi addatur præpositiva ε, ut fiat diphthongus ευ, quâ additâ Thema est διελεύθω, inusitatum, pro quo διέρχομαι, prætereo, & per Metaphoram differo, seu oratione percurro ε. in formando hoc præterito medio ε rejicitur, non per Regulam communem, quia penultima præt. med. non mutatur, nisi fuerit una harum quatuor, α, αι, ε, ει, ut θάλλω, τέθηλα· κλάζω, κέκληγα· φαίνω, πέφηνα· νέμω, νένομα, & λείπω, λέλοιπα· sed rejicitur more Atticorum, & κατ' ἐπανάληψιν priorum literarum præsentis, idque in verbis hyperdissyllabis in quibus corripitur penultima, ut ἐλύθω, ἤλυθα, communitèr, & ἐλήλυθα, Atticè; ἀκούω, ἤκοα, & Atticè ἀκήκοα· ἀλείφω, ἤλοιφα, ἀλήλοιφα, & simil a.

Μεθαρμοσθέντα. Particip. aor. 1. pass. undè rejiciendum est θέντα, σ indicabit esse aliquam dentalem vel σσ vel ζ, & erit μεθαρμόζω, coapto, quia trissyllabum, ut ἐξεργασθέντα, ab ἐργάζομαι, perficio.

Κεκάσθαι. Est infinitivum præteriti perf. pass. vocis, cognoscitur à tono in penultimâ, incremen o duplicato κε, & termino unà cum terminali θ, & Hotetheto σ, quibus rejectis & addito termina ω, fit κάω—quod cum non sit, neque erit κάθω, κάθω, κάτω, sed κάσσω, restat esse καζω, orno & decoro, verbum Poëticum, ut apud Homerum, 'Ιλιαδ' ῥαψ, ω. ver. 546.

> Τῶν σε γέρον πλούτῳ τε καὶ υἱάσι κεκάσθαι.
> *Horum te, senex, divitiisque & filiis aiunt exornatum fuisse.*

Διαχειρισάμενοι. Aor. 1. med. rejiciatur ε & terminus σάμενοι, & quia restat ι, & verbum est polysyllabum, ideo ζ est figurativa, sc. διαχειρίζω, tractare, ut ἐπορισάμην, à πορίζομαι seu πορίζω, comparo.

Πεπυκασμένα. Est particip. perf. & plusq. perf. pass. quare rejiciendum est incrementum syllabicum πε, & in fine μενα, unà cum σ Hotetheto, quod est indicium ejus figurativum esse dentalem, vel ζ vel σσ, & est quidem ζ, viz. πυκάζω, denso seu tego, quoniam polysyllabum.

Σεσηρότες. Est particip. perf. med. quare rejicienda est duplicatio in initio σε, & in fine terminus participialis ότες, & quoniam η habet ι subscriptum, ideoque cum sit improprius diphthongus vertetur in propriam, viz. αι, & addito termino generali ω, verbum erit σαίρω scopis purgo, ut πεφηνότες, à φαίνω. Verbi hujusce ordinis, scil. immutabilium, felicius & citius reperiuntur quam cætera, quia servant figurativam Thematicam. Excepto ν, quod solet mutari interdum vel in γ vel in μ, prout in Regulis videre est.

'Επῆρσε. Vocabulum in Homero & juxta meas Regulas video esse aor. 1. act. voc. ob σ explicitum. Prætereà puto esse incrementum syllabicum, quo rejecto unà cum σε, & addito ω, restabit πήρω, quo quæsito & haud invento, concludam π non esse Thematicam literam, sed præpositionis ἐπί, quâ rejectâ ε restabit ἤρω, quod si quæram non inveniam: dicam igitur esse temporale incrementum, quod si vertam in ε, erat ἔρω, quod tamen non est, quia est ἄρω, ἀρτος, cujus futurum facit communitèr ἀρῶ, & Æolicè ἄρσω, & ex hoc ἦρσεν, & cum præpositione ἐπί, ἐπῆρσεν, & apud Homerum, 'Ιλιάδ. ῥαψ. ξ. ver. 166.

> ——τόν οἱ φίλος υἱὸς ἔτευξεν
> Ἥφαιστος, πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε.

Παθαίνεσθαι. Est aor. 1. infin. med. ideoque ασθαι rejecto, & versâ η. impropria diphthongo, in αι propriam, & termino passivæ vocis adjecto, erit παθαίνομαι, vehementèr afficior.

'Επιτιμησαμένῃ. Cognoscitur esse particip. a. 1. med. per terminum αμένη, in quo σ potentiale subintelligitur, quare rejecto termino αμένη, & versa impropria diphthongo

thongo ι in αι, & addito generali termino in ω, est ἐπισημαίνω, *indicium facio seu significo.*

Ἐπανασεισθῆναι. Cognoscitur esse aor. 1. pass. infin. per terminum σθῆναι, quo rejecto σ Hotethetum indicabit esse verbum tertii vel quarti, vel saltem sexti ordinis, & ultimum erit: nam isto termino cum σ rejecto, & addito communi termino pass. ομαι, erit ἐπανασείομαι, *adversus aliquem concutior*, à σείω.

Ἐπιτετραμμένοι. Hoc vox est partic. præt. perf. pass. à quâ, rejecto μένοι, & duplicato τα à parte ante, & addito termino act. ω, vel pass. ομαι, verbum erit ἐπιτροπεύω vel ἐπιτροπεύομαι, *procuro, administro, in tutelâ habeo.* Hujusce generis verba rectè nulloque negotio inveniuntur, propter diphthongum figurativum ευ.

Ἐπεπυργώμεθα. Est plusquam perfect. pass. undè rejecto in initio incremento επε, & in fine μεθα, restat πύργω· deinde ω in ο verso additoque terminali ω, fit πυργόω, *munio*, seu *turribus urbem instruo*, à nomine πύργος, *turris*. Hujusce generis verba nulla difficultate deprehenduntur, quia omnia ferè sunt derivata à nominibus, ac proindè solent mutare figurativam ο præsentis in ω in ipso futuro, ut videre est in Regulis nostris de futuro activæ vocis.

Ἐῤῥόφήσθω. Constat esse in perfecto pass. mod. imperat tertia persona, quare rejiciendum est ε, unà cum ρ, & in fine σθω, cum σ Philotheto, & verso η in ε, & addito communi termino ω, fit ῥοφέω, quod etiam & ῥοφάω, rectè dicitur *sorbeo & exhaurio.* Id genus verba facilè etiam deprehenduntur, nam η figurativa longa est indicium quod figurativa primativa erat α vel ε: neque σ vobis dubium creet, quod licèt non admittatur in prima persona præter. perf. pass. quando figurativæ breves mutantur in longas, tamen quoties θ terminalis subsequitur, ibi σ desideratur, atque ideò vocatur σ Philothetum.

Ἀπελαθήσεσθαι. Est futur. 1. pass. infinit. quare θήσεσθαι rejecto, restat α figurativa, cui addito termino ω, fit ἀπελάω inusitatum, pro quo ἀπελαύνω, *abigo*: in hoc verbo debuerat esse σ Hotethetum, ut γελασθήσεσθαι à γελάω, σπασθήσεσθαι à σπάω, secundum Regulam; sed ἐλάω, *pello*, facit ἤλαμαι & ἤλασμαι.

Ἀναδραμών. Est aor. 2. act. ων participii termino rejecto, versoque α in ε, unà cum termino ω, ut ἀναδρέμω inusitatum, pro quo ἀνατρέχω, *recurro.*

Κατεβίων. Aor. 2. verbi in μι, rejecto enim incremento ε, additoque termino verborum in μι, fit καταβίωμι, *vivo.* Diximus enim in his temporibus figurativam servari longam, ut γνῶμι, aor. 2. ἔγνων, ἔγνως· sic & βίωμι, aor. 2. ἐβίων, ως, ω, &c.

Καταγείς. Aor. 2. pass. à quo rejecto εις termino participiali, & addito communi termino ω, fit καταγω, *confringo*, inusitatum, pro quo κατάγνυμι.

Ἀπέδρας. Aor. 2. act. cujus incremento rejecto, & figurativa α versa in η, & cum termino verborum in μι, fit ἀποδρημι, *aufugere.* Hoc esset ἀπίδημι juxta Regulam, quia aor. 2. solet servare figurativam longam, sed unum est eorum quæ excipiuntur.

Παρέβη. Aor. 2. act. verbi in μι, qui cognoscitur à figurativa η, quare incremento ε rejecto, & addito termino μι, fit παραβῆμι inusitatum, pro quo παραβαίνω, *transgredior.*

Ut autem memoriæ aliquod sit levamen, & ut constet omnibus unam esse verborum Barytonorum conjugationem, & alteram verborum in μι, tabulam sequentem exaravimus: quæ in formandis & resolvendis verbis respicienda est: illius enim cuncti termini sicut in formandis verbis adduntur, ita in resolvendis rejiciuntur.

TERMI-

TERMINATIONES BARYTONORUM.

Indicativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Praesens	A	ω	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι
	P	ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
Imperfect.	A	ον	ες	ε		ετον	έτην	ομεν	ετε	ον
	P	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
	M	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
Aor. β.	A	ον	ες	ε		ετον	έτην	ομεν	ετε	ον
	P	ην	ης	η		ητον	ήτην	ημεν	ητε	ησαν
	M	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
Futur. β.	A	ῶ	εῖς	εῖ		εῖτον	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	οῦσι
	P	ήσομαι	ήσῃ	ήσεται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	οῦμαι	ῇ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
Futur. α.	A	ω	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι
	P	θήσομαι	θήσῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	ομαι	ῃ	εται	in 3. prior. decl. ut in praef. in 4. ut in f. 2.					
Aor. α.	A	α	ας	ε		ατον	άτην	αμεν	ατε	αν
	P	θην	θης	θη		θητον	θήτην	θημεν	θητε	θησαν
	M	άμην	ω	ατο	άμεθον	ασθον	άσθην	άμεθα	άσθε	αντο
Perfect.	A	α	ας	ε		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι
	P	μαι	σαι	ται	μεθον	θον	θον	μεθα	θε	νται, μένοι εἰσί
	M	α	ας	ε		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι
Plusq. perf.	A	ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν
	P	μην	σο	το	μεθον	θον	θην	μεθα	θε	νται, μένοι ἦσαν
	M	ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν
P. post f.p.	P	ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται

Imperativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Praesens.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
	M		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
Aor. β.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		ηθι	ήτω		ητον	ήτων		ητε	ήτωσαν
	M		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
Aor. α.	A		ον	άτω		ατον	άτων		ατε	άτωσαν
	P		θητι	θήτω		θητον	θήτων		θητε	θήτωσαν
	M		αι	άσθω		ασθον	άσθων		ασθε	άσθωσαν
Perfect.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		ο	θω		θον	θων		θε	θωσαν
	M		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν

Terminationes Verborum contractorum in έω.

Indicativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Praesens.	A	ῶ	εῖς	εῖ		εῖτον	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	οῦσι
	P	οῦμαι	ῇ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
	M	οῦμαι	ῇ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
Imperf.	A	ουν	εις	ει		εῖτην	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	ουν
	P	ούμην	οῦ	εῖτο	ούμεθον	εῖσθην	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦντο
	M	ούμην	οῦ	εῖτο	ούμεθον	εῖσθην	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦντο

Imperativus Verb. in έω.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Praesens.	A		ει	είτω		εῖτον	είτων		εῖτε	είτωσαν
	P		οῦ	είσθω		εῖσθον	είσθων		εῖσθε	είσθωσαν
	M		οῦ	είσθω		εῖσθον	είσθων		εῖσθε	είσθωσαν

Terminationes contractorum verborum in άω

Indicativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præsens.	A	ῶ	ᾷς	ᾷ		ᾶτον	ᾶτον	ῶμεν	ᾶτε	ῶσι
	P	ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται
	M	ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται
Imperfect.	A	ων	ας	α		ᾶτον	άτην	ῶμεν	ᾶτε	ων
	P	ώμην	ῶ	ᾶτο	ώμεθον	ᾶσθον	άσθην	ώμεθα	ᾶσθε	ῶντο
	M	ώμην	ῶ	ᾶτο	ώμεθον	ᾶσθον	άσθην	ώμεθα	ᾶσθε	ῶντο

Imperativus Verb. in άω.		Sing. 1	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præsens.	A		α	άτω		ᾶτον	άτων		ᾶτε	άτωσαν
	P		ῶ	άσθω		ᾶσθον	άσθων		ᾶσθε	άσθωσαν
	M		ῶ	άσθω		ᾶσθον	άσθων		ᾶσθε	άσθωσαν

Terminationes Verborum in όω.

Indicativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præsens.	A	ῶ	οῖς	οῖ		οῦτον	οῦτον	οῦμεν	οῦτε	οῦσι
	P	ῦμαι	οῖ	οῦται	ούμεθον	οῦσθον	ῦσθον	ούμεθα	οῦσθε	οῦνται
	M	ῦμαι	οῖ	οῦται	ούμεθον	οῦσθον	ᾶσθον	ούμεθα	οῦσθε	οῦνται
Imperfect.		ουν	οῦς	ου		οῦτον	ούτην	οῦμεν	οῦτε	ουν
		ούμην	οῦ	οῦτο	ούμεθον	ῦσθον	ύσθην	ούμεθα	ῦσθε	οῦντο
		ούμην	οῦ	οῦτο	ούμεθον	ῦσθον	ύσθην	ούμεθα	ῦσθε	οῦντο

Imperativus Verb. in όω.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præsens.	A		ῦ	ύτω		ῦτον	ύτων		ῦτε	ύτωσαν
	P		ῦ	ύσθω		ῦσθον	ύσθων		ῦσθε	ύσθωσαν
	M		ῦ	ύσθω		ῦσθον	ύσθων		ῦσθε	ύσθωσαν

Terminationes Verborum in μι, quæ descendunt à Verbis in έω, άω, όω, ύω.

Indicativus.		Stem	Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præs.	A	[illegible] η, η, ω, υ	μι	ς	σι		τον	τον	μεν	τε	1. 2. 3. 4. εῖ, ᾶ, ῶ, ῦ, σι
	P. M	ε, α, ο, υ	μαι	σαι	ται	ε α ο υ μεθον	σθον	σθον	μεθα	σθε	νται
Perf.	A	[illegible] η, η, ω, υ	ν	ς	1. 2. 3. 4. η, η, ω, υ		τον	την	μεν	τε	σαν
	P. M	ε, α, ο, υ	μην	σο	το	ε α ο υ μεθον	σθον	σθην	μεθα	σθε	ντο
Indef. β.	A	[illegible] η, η, ω	ν	ς	1. 2. 3. η, η, ω		τον	την	μεν	τε	σαν
	M	ε, ά, ό	μην	σο	το	μεθον	σθον	σθην	μεθα	σθε	ντο

Imperativus.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præs.	A		[illegible] ετι, α, ο, υ, θι	τω		τον	των		τε	τωσαν
	P. M		ε, α, ο, υ, ω	σθω		σθον	σθων		σθε	σθωσαν
Indef. β.	A		[illegible] ές, ῦ, ός, θι	τω		τον			τε	τωσαν
	M		ε, ά, ό, σο	σθω		σθον	σθων		σθε	σθωσαν

Optativus Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinitiv.	Participium.
οιμι οίμην οίμην	οις οιο οιο	οι οιτο οιτο	 οίμεθον οίμεθον	οιτον οισθον οισθον	οίτην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οίμεθα	οιτε οισθε οισθε	οιεν οιντο οιντο	ειν εσθαι εσθαι	ων, ουσα, ον όμενος, η, ον όμενος, η, ον

Imperfectum idem cum Præsenti.

οιμι είην οίμην	οις είης οιο	οῖ είη οιτο	 οίμεθον	οιτον είητον οισθον	οίτην ειήτην οίσθην	οιμεν είημεν οίμεθα	οιτε είητε οισθε	οιεν είησαν οιντο	ειν ῆναι έσθαι	ών, οῦσα, όν είς, εῖσα, έν όμενος, η, ον
οιμι ησοίμην οίμην	οις οιο οιο	οι οιτο οῖτο	 οίμεθον οίμεθον	οιτον οισθον οῖσθον	οιτην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οίμεθα	οιτε οισθε οῖσθε	οιεν οιντο οῖντο	ειν ήσεσθαι εσθαι	ων, ουσα, ον όμενος, η, ον όμενος, η, ον
οιμι θησοίμην οίμην	οις οιο οιο	οι οιτο οιτο	 οίμεθον οίμεθον	οιτον οισθον οισθον	οίτην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οίμεθα	οῖτε οισθε οισθε	οιεν οιντο οιντο	ειν εσθαι εσθαι	ων, ουσα, ον ομενος, η, ον ομενος, η, ον
αιμι θείην αίμην	αις θείης αιο	αι θείη αιτο	 αίμεθον	αιτον θείητον αισθον	αίτην θειήτην αίσθην	αιμεν θείημεν αίμεθα	αιτε θείητε αισθε	αιεν θείησαν αιντο	αι θῆναι ασθαι	ας, ασα, αν θείς, θεῖσα, έν άμενος, η, ον
οιμι μένος ὤ οιμι	οις είης οις	οι είη οι		οιτον ὠ εἴητον οιτον	οίτην ειήτην οίτην	οιμεν ρεἴημεν οιμεν	οιτε εἴητε οιτε	οιεν εἴησαν οιεν	έναι θαι έναι	ως, υια, ος μένος, η, ον ώς, υῖα, ός

Plusquam Perfectum ut Perfectum.

οίμην	οιο	οιτο	οίμεθον	οισθον	οίσθην	οίμεθα	οισθε	οιντο	εσθαι	όμενος, η, ον

Subjunct. S. 1.	2.	3.	D. 1.	2.	3.	P. 1.	2.	3.
ω ωμαι ωμαι	ῃς ῃ ῃ	ῃ ηται ηται	 ώμεθον ώμεθον	ητον ησθον ησθον	ητον ησθον ησθον	ωμεν ώμεθα ώμεθα	ητε ησθε ησθε	ωσι ωνται ωνται
ω ῶ ωμαι	ῃς ῃς ῃ	ῃ ῃ ηται	 ώμεθον	ητον ῆτον ησθον	ητον ῆτον ησθον	ωμεν ῶμεν ώμεθα	ητε ῆτε ησθε	ωσι ῶσι ωνται
ω θῶ ωμαι	ῃς θῇς ῃ	ῃ θῇ ηται	 ώμεθον	ητον θῆτον ησθον	ητον θῆτον ησθον	ωμεν θῶμεν ώμεθα	ητε θῆτε ησθε	ωσι θῶσι ωνται
ω μένος ὦ ω	ῃς ᾖς ῃς	ῃ ᾖ ῃ		ητον ἦτον ητον	ητον ἦτον ητον	ωμεν οι ὦμεν ωμεν	ητε ἦτε ητε	ωσι ὦσι ωσι

Hactenus de Barytonis, sequuntur circumflexa, quæ contrahuntur in præsenti & imperfecto omnium modorum, at in reliquis formantur ut Barytona, in έω, άω, όω, ex quibus contrahuntur.

Optativus Sing. Verb. in έω. 1.	2.	3.	D. 1.	2.	3.	P. 1.	2.	3.	Infinitivus.
οιμι οίμην οίμην	οῖς οῖο οῖο	οι οῖτο οῖτο	 οίμεθον οίμεθον	οιτον οῖσθον οῖσθον	οίτην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οίμεθα	οῖτε οῖσθε οῖσθε	οιεν οῖντο οῖντο	εῖν εῖσθαι εῖσθαι

Perfectum Passivum.

ημην	ῆσο	ῆτο	ήμεθον	ῆσθον	ήσθην	ήμεθα	ῆσθε	ηντο	πεποιῆσθαι. πεποιημένος, part.

Subj. S. 1.	2.	3.	D. 1.	2.	3.	P. 1.	2.	3.	Participium.
ω ωμαι	ῇς ῇ	ῇ ῆται	 ώμεθον	ητον ῆσθον	ητον ῆσθον	ῶμεν ώμεθα	ῆτε ῆσθε	ῶσι ῶνται	ῶν, ῦσα, ῦν ήμενος, η, ον

Media eadem cum Passivâ Perfect. πεποίημαι, formatur ut Præsens.

Optativus Verborum in άω.

Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinitivus.
ῷμι ῴμην ῴμην	ῷς ῷο ῷο	ῷ ῷτο ῷτο	 ῴμεθον ῴμεθον	ῷτον ῷσθον ῷσθον	ῴτην ῴσθην ῴσθην	ῷμεν ῴμεθα ῴμεθα	ῷτε ῷσθε ῷσθε	ῷεν ῷντο ῷντο	ᾶν ᾶσθαι ᾶσθαι

Perfect. passiv. Optativi.

ῄμην	ῇο	ῇτο	ῄμεθον	ῇσθον	ῄσθην	ῄμεθα	ῇσθε	ῇντο	βεβοᾶσθαι βεβοημένος, part.

Subjunct. Verborum in άω.

Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.
ῶ ῶμαι	ᾷς ᾷ	ᾷ ᾶται	 ώμεθον	ᾶτον ᾶσθον	ᾶτον ᾶσθον	ῶμεν ώμεθα	ᾶτε ᾶσθε	ῶσι ῶνται	ῶν, ῶσα, ῶν ώμενος, η, ον

Media ut Passiva perf. pass. βεβοῶμαι, , ῆται, ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον, ώμεθα, ῆσθε, ῶνται.

Optativus Verborum in όω.

Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinitivus.
οῖμι οίμην οίμην	οῖς οῖο οῖο	οῖ οῖτο οῖτο	 οίμεθον οίμεθον	οῖτον οῖσθον οῖσθον	οίτην οίσθην οίσθην	οῖμεν οίμεθα οίμεθα	οῖτε οῖσθε οῖσθε	οῖεν οῖντο οῖντο	οῦν οῦσθαι οῦσθαι

Perfectum Passiv.

ῴμην	ῷο	ῷτο	ῴμεθον	ῷσθον	ῴσθην	ῴμεθα	ῷσθε	ῷντο	κεχρυσῶσθαι κεχρυσωμένος, part.

Subjunct. Verborum in όω.

Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.
ῶ ῶμαι	οῖς οῖ	οῖ ῶται	 ώμεθον	ῶτον ῶσθον	ῶτον ῶσθον	ῶμεν ώμεθα	ῶτε ῶσθε	ῶσι ῶνται	ῶν, οῦσα, οῦν ούμενος, η, ον

Media ut Passiva perf. pass. κεχρυσῶμαι, ῷ, ῶται, ώμεθον, ῶσθον, σθον, ώμεθα, ῶσθε, ῶνται.

Optativus Verborum in μι.

	1. 2. 3.	Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinitivus.
A P. M.	[illegible] εί, αί, οί, εί, αί, οί,	ην μην	ης ο	η το	 μεθον	ητον σθον	ήτην σθην	ημεν μεθα	ητε σθε	εῖ, αῖ, οῖ, εν, ντο	ί, ά, ό, ύ, -ναι ι, α, ο, υ, -σθαι
P.	[illegible] εί, αί, οί.	μην	ο	το	μεθον	σθον	σθην	μεθα	σθε	ντο	
A. M.	[illegible] εί, αί, οί, εί, αί, οί,	ην μην	ς ο	η το	 μεθον	ητον σθον	ήτην σθην	ημεν μεθα	ητε σθε	ησαν, εν ντο	ῖ, ῆ, ῶ, -ναι ί, ά, ό, -σθαι

Præteritum Perfect. Passiv.

Subjunct.

	1.	Sing. 2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.	
A. P. M.	[illegible] ῶ ῶμαι	1. 2. 3. ῇς, ᾷς, ῷς, ῇ, ᾷ, ῷ,	1. 2. 3. ῇ, ᾷ, ῷ, ται.	 ώμεθον	ῶτον ῶσθον	ῶτον ῶσθον	ῶμεν ώμεθα	τε σθε	ῶσι ῶνται	εὶς, εῖσα, ὲν ὰς, ᾶσα, ὰν ὸς, οῦσα, ὸν	έμενος άμενος όμενος
A. M.	[illegible] ῶ ῶμαι	ῇς, ᾷς, ῷς, ῇ, ᾷ, ῷ,	ῇ, ᾷ, ῷ, ται.	 ώμεθον	τον σθον	τον σθον	μεν ώμεθα	τε σθε	ῶσι ῶνται	εὶς ὰς ὸς	έμενος άμενος όμενος

Constantini Rhodocanacidis Chiensis

TRACTATUS ALTER, DE ARTICULIS.

ARTICULUS duplex est, unus præpositivus, præpositivus alter. Præpositivus dicitur προτακτικὸν ἄρθρον, quòd Nominibus, Participiis, & interdum Verbis Infinitivi Modi, Pronominibus, Conjunctionibus necnon Adverbiis præponitur. Postpositivus verò dicitur Græcè ὑποτακτικὸν, quòd Nominibus tantùm postponitur, ideoque fungitur officio Pronominis relativi, ut significatio ostendit, ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quæ, quod.* Nos autem de præpositivo tantùm agimus, qui accuratiùs loquendo solus est Articulus.

Quando sermo est de re quâpiam certâ, de quâ viz. nobis constat, *tunc nomen illud gaudet articulo ; sin minus, respuit :* ut Isocr. ad Nicocl. Ὅλως γὰρ, εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, οὔτε τῶν σιτίων χαίροντας τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὔτε τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καλλίστοις· In quo exemplo φύσεις, ἀνθρώπων, σιτίων, & ἐπιτηδευμάτων, ut omnibus nota, articulum habent. Hæc regula sola penè sufficeret, ut de usu Articuli minimè dubitaremus : pergamus tamen alias præscribere, quæ variis exemplis eandem illustrabunt. Reg. I.

Nomen Substantivum seu Appellativum, si conjunctum habet adjectivum, exigit articulum ; ita tamen ut si adjectivum præponatur, unicus articulus ipsi præfixus sufficiat. Demosth. pro Coronâ ; σκοπεῖτε δὲ τί χρῆν τὸν εὔνουν πολίτην ποιεῖν, καὶ τί τὸν μετὰ πάσης προνοίας καὶ προθυμίας, καὶ δικαιοσύνης ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολιτευόμενον. Ubi εὔνουν adjectivum, quia præponitur Appellativo πολίτην, contentum est unico articulo. Reg. II.

Quod si adjectivum postponatur, opus est duplici articulo, uno scil. pro adjectivo, pro Appellativo seu Substantivo, altero. Lysias contra Eratosthenem : Ὑμεῖς δὲ πάντες ὀργίζεσθε, ὅσοι εἰς τὰς οἰκίας ἦλθον τὰς ὑμετέρας. Idem. in Nicom. Εἰ γὰρ οὗτος μὴ πλείω ἀνέγραψεν, ἓξ τάλαντα εἶχε τὰς θυσίας τὰς πατρίους ἂν ἐξελείπειν, &c.

Quod si Adjectivum in priori loco desideratur, articulus tamen repeti debet : ut Demosth. pro Coron. Ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας ἐπὶ τοὺς Φωκέας εὐτρεπῆ ποιήσαιτο· ubi τῆς ἐπὶ τοὺς Φωκέας, subintelligitur susceptæ.

Ista repetitio articuli fieri etiam solet maximâ cum venustate, si Nomen Substantivum sequatur genitivus possessivus ; & potissimùm si intercedat Verbum inter duo illa Nomina. Hic casus etenim æquipollet adjectivis, ubi cùm genitivus possessivus juxta Regulam quartam requirit suum articulum, articulus repetendus præponi debet articulo nominis possessivi. Demosth. pro Coron. Συμφέρει δὲ Φιλίππῳ καὶ Φωκεῦσι καὶ ὑμῖν ὁμοίως ἅπασι τῆς ἀναλγησίας καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων· ubi articulus τῆς τῶν Θηβαίων repetitur designando molestiam & stupiditatem Thebanorum.

In definiendis rebus, neque subjectum, neque attributum exigit articulum : Arist. ad Nicom. Ἀρετή ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένη λόγῳ, ἣ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν. Et in Topicis, Ἔστι δὲ συλλογισμὸς, λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. In quibus exemplis non præfigitur articulus, nominibus ἀρετὴ & συλλογισμὸς, ut subjectis ; nec nominibus ἕξις & λόγος, ut prædicatis. Sæpè tamen præfigitur articulus subjectis, ac potissimùm apud Oratores, sed non prædicatis : ut Demosth. pro Coron. Ἵνα τοίνυν καὶ τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τῶν Εὐβοέων καὶ τῶν Βυζαντίων ἐποιήσατο, συκοφαντίας οὔσας ἀποδείξω, &c. in quo exemplo nomini βλασφημίας, quod est subjectum, præponitur articulus ; ut nomini συκοφαντίας, non item, veluti prædicato. Reg. III.

Genitivus possessivus Nominis vel participii, imò & nomen ipsum à quo possessivum regitur, gaudent articulis : ut Demosth. pro Coron. Ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ, ταῖς τῶν πότε ἐπαινουμένων ἀνδρῶν ὁμοία καὶ ταῦτα βουλομένη Reg. IV.

λαμβάνει καθίσταται, ὁ δὲ ἐν ταῖς τῶν τοὺς τοιούτους τότε συκοφαντούντων. Ubi nomini, unà cum participio ἐπαινουμένων & συκοφαντούντων, præfigitur Articulus. Præterea in hoc exemplo observandi sunt articuli, qui immediatè gaudent poni; ut ταῖς, τῶν, τοὺς, &c. Insuper licèt non exprimatur nomen substantivum in secundo membro periodi, viz. πολιτείας, magno tamen cum lepore subintelligitur, quemadmodum & in priori. Interdùm verò hic articulus genitivi possessivi omittitur, & potissimùm in nominibus propriis, ut in exemplo secundæ Regulæ videre est. Διὰ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, &c. & Demosthen. pro Coronâ; Οὐ δὲ γ᾽ ἐπῆλθον ἐγὼ τοῖς λογισμοῖς Φιλίππου.

Reg. V. *Nomen quod ante se vel post se habet Pronomen ἐκεῖνος, η, ον, vel οὗτος, αὕτη, τοῦτο, semper exigit articulum.* Demosthem. pro Coronâ; Ἄλλων γάρ ἐστι καὶ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους, &c. Idem, Λέγε δ᾽ αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα. Et Lysias contra Theom. Οὐχ οὗτος ὁ λόγος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασται. Idem pro Aristophan. Πολλὴν μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν οὑτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί.

Ante se
Post se

Reg. VI. *Articulus locum habet in divisionibus, adjunctis particulis conjunctivis μὲν, quæ præponi, & δὲ, quæ subsequi solet.* Hic modus loquendi perelegans quidem est & usitatissimus. Isocrat. ad Nicocl. Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων, ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις κατεχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν, ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τοὺς ἡμιθέων ἐμυθολόγησεν· οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν· ubi clarè patet ὁ μὲν (Homerus sc.) & οἱ δὲ (sc. Tragici.)

R. VII. *Nomina propria seu Cognomina, si solitariè ponuntur, rarò adsciscunt articulum.* Lysias contra Alcibiadem: Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ φίλον ὄντα Ἀρχεστρατίδην βοηθῶ καὶ Ἀλκιβιάδην ἐχθρὸν ὄντα ἐμαυτοῦ τιμωρούμενος δέομαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Idem pro Arist. Πρῶτον μὲν γὰρ βουλομένου Κόνωνος πέμπειν τινὰ εἰς Σικελίαν ᾤχετο ὑποστὰς μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου.

Interdum tamen illo gaudent. Demosthen. adversus Aristocr. Ὡς δὲ συλλέξας δύναμιν παρῆν ὁ Ἀρτάβαζος ἀφειμένος παρὰ τοῦ Αὐτοφραδάτου.

Quod si proprium nomen cum cognomine, vel utrumque cum nomine Patriæ vel ponantur; sæpiùs accidit, ut ultimum solummodò sortiatur articulum: Ut Lysias contra Eratosthenem; Ἀντὶ δὴ μὲν τοι πολλῶν λοιδοριῶν αὐτοῖς γενομένων Ἀρχέστρατος ὁ Φρεάρριος, &c. Et alibi: Τούτων τοίνυν Φαίδων ὁ τῶν τριάκοντα γενόμενος καὶ Ἱπποκλῆς καὶ Ἐπιχάρης, ὁ Λαμπτρεύς, &c.

Si verò nomen Patriæ non datur in recto instar adjectivi (ut in prædicto exemplo Λαμπτρεύς) *sed necesse sit ut nomen Patriæ in diverso casu ponatur cum aliquâ Præpositione, vel adverbialitèr, tunc articulo maximè gaudet.* Demosthen. adversus Andr. Οὗτος δὲ εἰσέπραξε Λευκίππην τὸν ἐκ Κοίλης τέτταρας καὶ τριάκοντα δραχμὰς καὶ Θεόξενον τὸν Ἀλωπεκῆθεν δραχμὰς Ο', καὶ μικρόν τι πρός.

R. VIII. *Nomina propria post se recipiunt articulum, cum genitivo possessivo parentum.* Quo in loco articulus denotat filium, qui interdum, tametsi rarissimè, exprimitur; ut Halicarnass. Λυσίας ὁ Κεφάλου Συρακουσίου μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί, h. e. *Lysias, Cephali filius*, &c. Hoc tamen nil impedit quo minus id genus nomina careant tali articulo; ut Demosth. pro Coronâ; Ἐπὶ Χαιρώνδου Ἄρχοντος ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλυστίου, h. e. *filius Atrometi*, &c.

R. IX. *Pronomen demonstrativum οὗτος, αὕτη, τοῦτο, conjunctum cum adjectivis in gradu superlativo, quibus terminus universalis πᾶς, πᾶσα, πᾶν, superadditur, ante ipsum terminum vindicat articulum, idque venustè admodum.* Lysias in Nicom. Καὶ ὁ πάντων οὗτος πονηρότατος οὕτω φανερῶς συνεστασίασεν, &c. h. e. *Et hic omnium sceleratissimus ità apertè collusionem suam prodidit.*

R. X. *Terminus universalis πᾶς, πᾶσα, πᾶν, nominibus præpositus, articulum post se requirit*; ut Demosth. pro Coronâ; Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι οὔτε δίκαια, οὔτ᾽ ἐπ᾽ ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα. *Lysias* contra Theomn. Ἐγὼ γοῦν δεξαίμην ἂν πάσας τὰς ἀσπίδας ἐρριφέναι, ἢ τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ τὸν πατέρα.

Demosth. pro Coronâ: Ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διῆγαγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης.

Quod si terminus universalis privetur nomine substantivo vel adjectivo, tunc articulum ante se elegantèr exigit, ita tamen ut articulum inter & nomen universale aliquid inseri debeat. Lysias in Nicom. Οὕτω γὰρ ἐνόμιζε διοικήσεσθαι τὰ κατὰ τὴν πόλιν πάντα.

R. XI. *Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, in re certâ ante se exigit articulum*; ut Plato de Legibus. Τὸ μὲν γὰρ κλαπὲν ἐκ χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐὰν ὄφλῃ τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀποτίνειν. Lysias de Niciæ bonis publ. Ἀλλ᾽ οἱ μάλιστα προσῆκον καὶ διὰ γένος, καὶ διὰ πλοῦτον, καὶ διὰ τὴν ἄλλην δόξαν τιμᾶσθαι. Isoc. de Pace; Ἀλλὰ τὰς μὲν τυραννίδας ἡγεῖσθαι χαλεπὰς εἶναι, καὶ βλαβερὰς, οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτάς.

Lysias

Lyſias ad delationem : Καίτοι ὅςις τούτοις φθονεῖ, οὓς οἱ ἄλλοι ἐλεοῦσι, τινὸς ἂν ὑμῖν ὁ τοιοῦτος ἀπέχεσθαι δοκεῖ πονηρίας.

Quod ſi ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο notam quandam indeterminatam ſecum conjunctam habet, tunc ſecundùm primam regulam articulo deſtituitur : ut Demoſth. in Onit. Καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμα ἔχει ἐπὶ τὸν αὐτὸν αὐτοῦ μὴ δυνάμενον κομίσασθαι τάλαντον, τοῦτον ἄλλῳ τινὶ φάσκειν, ἀποτίσειν καὶ ταῦτ᾽ ἐγγυᾶσθαι. h. e. Nullâ enim ratione nititur hæc cauſa, qui ipſe talentum recuperare nequeat, eum alteri cuipiam ſe ſatis eſſe facturum polliceri, atque adeò ſpondere. Et inferiùs, Ἔπειτα φέρε πῶς ἐςὶ δίκαιον τῆς ἀδελφῆς σου μηδέπω καὶ τήμερον ἄλλῳ συνοικούσης, μηδ᾽ ἀπηλλαγμένης Ἀφόβου, μηδὲ τὴν προῖκα δεδωκότες τούτῳ, μηδ᾽ ὑπὲρ τούτων εἰς βάσανον, μηδ᾽ εἰς ἄλλο δίκαιον μηδὲν καταφυγεῖν ἐθέλοντος ; h. e. Aut qui æquum eſt, ſorore tuâ ne hodie quidem alteri cuipiam nuptâ, nec ab Aphobo deſertâ, neque per iſtum dote numeratâ, quum in his rebus neque quæſtionis, nec ullum aliud jus accipit ?

Genitivus partitivus ſemper gaudet articulo. Iſocr. Orat. Panathen. Ἔτι δὲ τῶν μὲν τῶν καταβεβλημένων εἰς εἶναι, μηδὲ τῶν κατημελημένων, ἀλλ᾽ ἐκείνων, περὶ ὧν οἱ χαρίςατοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ μανθάνειν ἄν, καὶ διαλεχθῆναι ὡς σπουδαίων ὄντων. Lyſias in Apolog. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐμῶν φίλων τοιοῦτον ἀγῶνα ἠγωνίζετο, ὑμᾶς ἂν ἠξίουν ἐμοὶ δοῦναι τὴν χάριν. R. XII.

Nulla Pronomina ante ſe requirunt articulum. Ut Lyſias pro Ariſt. Αὐτοὶ γὰρ ἔναγχος ἠκούετε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, &c. Et inferiùs, Ἐθέλοντες δὲ ἐκεῖνα λογίσασθαι, &c. R. XIII.

Pronomen verò αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ quando ſonat idem, eadem, idem, tunc neceſſariò ante ſe poſtulat articulum, ut Demoſth. pro Coron. Ἐςὶ δὲ οὐχ ὁ λόγος τοῦ Ῥήτορος, Αἰσχίνη, τίμιος, οὐδ᾽ ὁ τόνος τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τὸ ταὐτὰ προαιρεῖσθαι τοῖς πολλοῖς, καὶ τὸ τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν, οὕσπερ ἂν ἡ πατρίς. h. e. Non eſt enim Oratoris honoranda oratio, ô Æſchines, neque ſonus vocis, ſed quòd eadem cum populo eligat, & eoſdem quos & patria amet, & odio habeat.

Quando præcedunt nominibus adjectivis, & nominibus propriis adverbia οὕτω vel οὕτως, imò & nomen τοσοῦτος, τοσαύτη, τοσοῦτο, *tunc adjectiva nullatenus exigunt articulum.* Lyſ. in Apolog. Ἐγὼ δ᾽ οὕτω πολλοὺς κινδύνους ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύσας, καὶ τοσαῦτα ἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν, νῦν δέομαι μὴ στερηθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ. Et alibi Ἀκριβῶς δὲ οὕτω ταλαίπωρον καὶ δεινὸν πρᾶγμα, &c. R. XIV.

Πολλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, *ſi numerum deſignant ἀπροσδιόριςον*, i. e. *indeterminatum, nullatenus exigunt articulum.* Iſoc. de Pace ; Καὶ ταῦτα ὁρῶντες αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμονίζον καὶ πολλοὶ τῶν νοῦν οὐκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν. h. e. quæ dum facerent, cum ipſe tum multi non mentis compotes urbis felicitatem prædicabant. Et inferiùs, Εἰς ἃς πολλοὶ καὶ τῶν ἀςυγειτόνων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων ἐφοίτων οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλ᾽ ἐφησθησόμενοι ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς, hoc eſt, ad quos multi è finitimis aliiſque Græcis conveniebant, &c. Lyſias contra frumentarios ; Πολλοί μὲν προσεληλύθασιν, ὦ ἄνδρες δικαςαί, θαυμάζοντες, h. e. Multi me adierunt, O Judices, admiratione ducti. Demoſth. in Aphobum ; τούτων τοίνυν εἰσὶ μὲν πολλοὶ μάρτυρες, ἔτι δ᾽ οὐκ ἐλάττω τεκμήρια τῶν μαρτύρων. h. e. Cùm autem harum rerum multi teſtes ſint, non minora etiam argumenta nobis ſuppetunt. R. XV.

Quod ſi πολλοὶ ſonat πλῆθος, h. e. *Vulgus, vel populus, tunc neceſſariò deſiderat articulum.* Ut Iſoc. ad Demon. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι. h. e. Cave criminationes etiamſi falſas, vulgus enim veritatem ignorat, ſed ex famâ & opinione judicat. Demoſth. adverſus Timocrat. Τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων ; ὑμεῖς οἱ πολλοί. h. e. Quæ igitur ſola eſt cuſtodia, & juſta, & firma legum ; Vos Populus. Idem περὶ συντάξεως. Νῦν δὲ οἱ πολλοὶ τοῦτο λέγουσιν, ὡς Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος. h. e. Nunc verò vulgus hoc dicunt, quòd Cercyram cepit Timotheus.

Pari modo πολλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, *ſi ſeſe habeant ut ſubjecta in oratione, non reſpuunt articulum.* Exempl. K. R. Τὰ γὰρ πολλὰ δεινὰ τὰ τῷ υἱῷ αὐτοῦ τότε συμβεβηκότα, αἴτια γέγονε τοῦ νυνὶ τὸν πατέρα ἐξαίφνης ὁμιλῆσαι θανάτῳ. h. e. Multæ clades, qui tunc temporis filio ipſius contigerunt, in cauſâ fuere, cur pater è vivis exceſſerit. Demoſth. pro Phormione. Τὰ μὲν οὖν πολλά, ἃ Ἀπολλόδωρος λέγει, νομίζετε εἶναι λῆρον καὶ συκοφαντίαν. h. e. verba verò multa, quibus Apollodorus utitur, nugas eſſe & calumnias putate.

Verùm πολὺς, πολλὴ, πολὺ, quandò ponuntur ἀπροσδιορίςως reſpuunt prorſus articulum, ut Lyſias adverſus Pandeon : Ὃς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο. h. e. hic enim cum mè jamdudum negotium faceſſere non deſtiterat. Idem ad Nicom. Περὶ δὲ τῶν μεγίςων τοὺς αὐτοὺς ἐᾶτε πολὺν χρόνον κυρίους εἶναι. h. e. Vos in maximis magiſtratibus eoſdem ſinitis longo jam tempore ſummum obtinere magiſtratum.

Πλεῖςοι,

R. XVI. Πλεῖστοι, πλεῖσται, πλεῖστα, *cum obtinent locum subjecti gaudent articulo.* Isoc. de Pace; Εὑρήσετε γὰρ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνοντας, καὶ πλείους ἐπιθυμίας ἔχοντας τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν.

Reg. XVII. Μὰ Adverbium jurandi nomini subsequenti articulum largitur. Dem. in Aphob. Μὰ τοὺς Θεοὺς ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι ἐπιδεῖξαι τοῦτ' ἀμφισβητεῖν, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον. Ego medius fidius, &c.

Quod si conjugatur cum nomine Δία *respuit prorsus.* Ut Demost. ibid. Οὐ μὰ Δία οὐχ ὅτι τὸν Μιλύαν ὡμολόγησεν εἶναι ἐλεύθερον. Non mehercle quod, &c.

Regula prædicta convenit etiam particulæ νὴ. Idem pro Phormione; Καὶ ταῦτα ποιῆτε, αὐτοί τε εὐορκήσετε, καὶ τοῦτον δικαίως σώσετε ἄξιον ὄντα νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς Θεοὺς ἅπαντας. Non tamen impedit, quin interdum nomen Δία articulo destituatur, ut Demosth. de Ordinand. Republ. καὶ νὴ Δία ὦ Ἄνδρες, &c.

Reg. XVIII. *Nomina Appellativa, seu Adjectiva virorum, qui in aliquâ arte seu scientiâ excelluerunt, necessariò articulo insigniri debent,* Ut cum vellem indicare Homerum, dico ὁ ποιητὴς, & Arist. ὁ φιλόσοφος, quia sicut hic Philosophiâ, ita ille Poësi primas tenet.

R. XIX. *Sæpè articulus destituitur Participio magnâ cum elegantiâ, idque cum variis præpositionibus, vel adverbiis, quæ immediatè subsequi solent articulum,* ut οἱ ἐν πόλεσιν, hoc est, Cives Oppidiani Οἱ ἐν ἡλικίᾳ, Adolescentes. Οἱ ὑπὸ τὸν κατάλογον, emeriti. Οἱ ἐν ὅπλοις, Milites. In quibus omnibus sub'ntelligitur Participium ὄντες vel γενόμενοι, vel quid simile. Demosthen. in Philippo: Καὶ γάρ τοι διεστηκότων εἰς δύο μέρη ταῦτα τῶν ἐν πόλεσιν, hoc est, cum Oppidani in duas partes, &c. Idem de ordinand. Rep. Λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, τοὺς μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατιωτικὸν, τοὺς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον ἐξεταστικὸν.

Pari modo. Οἱ ἔπειτα, posteri, τὰ ἔπειτα, posteritas, οἱ πρόσθεν, prisci, οἱ πόρρω, dissiti, οἱ περὶ τὸν βασιλέα, qui stant a parte Regis, οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, Sacerdotes &c.

R. XX. *Sæpissimè articulus neutrius generis præponitur infinitivo, ubi infinitivus pro nomine sumitur.* Demosth. in Olynth. 3. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι, τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι. Ubi τῷ μὴ βούλεσθαι pro neglectu, & τῷ μὴ συνιέναι pro inscitiâ sumitur. Pari modo dicitur τὸ σπουδάζειν, studium, τὸ σωφρονεῖν, temperantia, τὸ φρονεῖν, prudentia, &c.

R. XXI. *Nomina* κλητικὰ *respuunt prorsus articulum:* ut Demost. pro Coron; Πρῶτον μὲν, ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.

R. XXII. *Articulus neutrius generis vel uni tantùm dictioni, vel pluribus materialitèr, vel artificialitèr positis, solet præponi.* Arist. de interp. Οἷον ἐν τῷ ἐπακτροκέλης, τὸ κέλης οὐδὲν τι σημαίνει καθ' αὑτό. Item paulò inferius, Τὸ δὲ οὐκ ἄνθρωπος. Ubi notandum est hujuscemodi articulum vocari ἄρθρον ἐντεχνον, quoniam ex consulto præponitur illis dictionibus, quæ pro seipsis accipiuntur. Qui modus loquendi peculiaris tantum est Græcis, quo explicant suas mentes ἐμφατικῶς καὶ διαρρήδην, h. e. enucleatè & clarè, ut Dem. in Orat. 3. Ὀλυνθ. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον ἐξέσται σκοπεῖν, h. e. Sic enim certò hoc constiterit, tum quâ ratione quis illum ulciscatur, licebit displicere; quo in loco articulus τοῦ complectitur hæc omnia τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον ἐξέσται σκοπεῖν, pro Coron. idem: μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ. Ne adversarium adhibeatis in concilium, de modo quo me audire vos oportet.

Observandum est Poëtas & potissimum Hom. rarò uti articulis præpositivis, ut Ἰλ. ῥαψ. θ. ver 532. εἴσομαι αἴκε μ' ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης.

Aristoph. tamen crebrò iis utitur.

> Ἢν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ,
> Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
> Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν, &c.

Illud præterea non ignorandum est à Poëtis sæpè usurpari articulos præpositivos loco pronominum, ut Hom. Ἰλ. ῥαψ. β. ver. 52. Οἱ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα, pro οὗτοι vel ἐκεῖνοι.

Interdum etiam Oratores usurpant hunc articulum pro τὶς vel τὶ, ut Dem. in Orat. Olyth. 3. Ἀλλὰ θαυμάζω εἴ τῷ ποτε ἀνθρώπων ἢ λέγειν ἢ γένοιτο, &c. pro εἴ τινί ποτε ἀνθρώπων. Et idem pro Coron. Ἄλλως τε κἂν ᾖ τῳ ἐχθρῷ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ, pro τινί.

F I N I S.


HW 22KT J